obstinatione sed ex ignorãtie simplicitate errabant: ⁊ sic nullus iudicat hereticus nisi q̃ vult esse fm doctores. Refert etiã cesari⁹ q̃ eũ multi hereticj fuissent ducti ad ignẽ vnus illoꝝ penitẽtia ductus dubitare cepit si penitentia sibi pficeret. ⁊ cũ confortatus a quodã fideli cõfiteri inciperet quãtoplus procedebat in confessione tantuꝫ minuebat ignis in quo cõburi debebat: confessioneq̃ cõpleta pfecte ac abnegatis erroribꝫ ignis extinctus est ex quo nõ fuit pnaꝫ sed ductibilis ad penitẽtiã. ¶ Ad maiorẽ aũt euidentiã primo queri põt: vtrum laici teneãtur ad sciendũ ⁊ credendũ omnes articulos fidei quos ꝓtinet symbolũ apl̃oꝝ ac p̃ hoc scire symbolũ. Ad hoc rñdet glo. extra de sum. trĩ. c. firmiter. ⁊ Jo. an. in nouella. sup ea: q̃ articulos fidei debẽt laici scire ⁊ credere saltem implicite. Credere aũt implicite est credere quicq̃d ecclia credit. Theologi tamen dicũt q̃ laici tenent explicite scire ⁊ credere articulos in symbolo positos de humanitate christi ⁊ nullius excusari põt de ignorantia: quia de istis ecclia solẽnizat quolibet anno. Primo de cõceptione ex spũsancto in annũciatiõe dñica. Secũdo de natiuitate christi in natiuitate eiusdẽ. Tertio ō passione in parasceue. Quarto de descensu ad inferos ⁊ sepultura in vigilia pasche: cõmunis pulsatio oĩz cãpanaꝝ i die sabbati signat tripudiũ ⁊ gaudiũ sanctoꝝ patrum in limbo q̃ō habuerũt de descensu xpi ad inferos. de resurrectione in die pasche. de ascensione in die ascensiõis. de iudicio in aduentu dñi. Sz articulos ō diuinitate positos in symbolo nõ tenent simplices scire ⁊ credere nisi in generali sic breuiter tangit symbolũ apl̃oꝝ. ⁊ oĩa particularia vel specialia credere implicite ħ est credere oĩa illa q̃ sancta mater ecclia tenet ⁊ credit. ⁊ q̃ñcũq̃ fuerint requisiti semp tenent cõsentire ⁊ in nullo ꝺicere. vñ intantũ valet illa fides implicita laico q̃ si naturali rõe motus dicat patrẽ maiorẽ vel filio ꝓiorẽ. vel q̃ tres psone sunt ab ĩuicẽ distantes vel aliq̃d simile non est hereticus nec peccat dũmõ sic credat: quia credit ecclam sic credere ⁊ opinionẽ suã fidei ecclesie semp supponit nec suũ defendit errorẽ. ⁊ paratꝰ su cozrigi: quia licet sic opinet: illa tñ opinio nõ est fides sua sed fides ecclesie: fm Jnno. Et dic Hosti. q̃ istud remediũ nõ admitteretur in casu quo ozo se dicit credere ⁊ operibus negat: vt patz. xi. q. iij. c. eſtimãt q̃dã. vbi pſequit textꝰ quõ facit deus negat. Vnde q̃ñcq̃ ꝓpter contemptũ ecclesiastice censure aliquis etiã laicus vt hereticus cõdemnat: qz implicite fauere videtur hereticis: vt patz extra de here. c. excõicamꝰ. j. §. j. Ceterũ de laico sic implicite credente dicũt quidã theologi q̃ talis laicus põt ex ħ mereri male credẽdo. vt si simplex hõ credit aliq̃ hereticum eo q̃ sic p̃dicat suus p̃latus quantomagis hoc credit tantoplus mereꝛ q̃ō tenet Pe. de alliaco quondã epũs cameracẽ. postea cardinalis in sua questiõe quã de cõscientia erronea parisius disputauit. ⁊ ħ est verum dũmodo talis laicus ꝓ sua simplicitate de illo articulo nõ tenet habere fidem explicitã. vt verbi gra: q̃ pater in diuinis est maiorꝰ filio ⁊ talis habeat cõscientiã q̃ tenet credere p̃lato suo sic asserenti: tũc in illo casu cõscientia illa erronea nõ est peccatũ immo meritũ: ⁊ huic opinioni cõcoꝛ. Pe. dicẽs: q̃ qz talis bona volũtate assentit sez ꝓpter obediẽtiã p̃lati ⁊ ꝓpter reuerentiam ecclesie dei: et recte credit in vniuersali: ⁊ q̃uis erret in particulari hoc tamẽ est erroꝛe inuincibili tõ excusatur ⁊ mereꝛ: hec ille. ¶ Secũdo vero qri põt de clericis curatis ⁊ epis quõ obligãtur fidẽ scire ⁊ credere cũ ipsi maiorẽs sint curatis. Ad hoc rñdet Jnno. ⁊ Joã. an. in nouella. q̃ simplices clerici si pauperes sunt q̃ nõ possunt emere libꝛos nec ꝓpter pauptatẽ vacare studio theologico: tũc possũt sine peccato vacare alteri studio: puta iuris vel medicine ex causa licita vt inde viuãt: ⁊ tũc sufficit q̃ credant implicite sicut laici. tenentur tamẽ aliquantulũ plus scire q̃ laici: puta q̃ in sacramẽto altaris cõficit verũ corpus christi: qz in hoc quotidie versant. Si ꝓ tam diuites sunt q̃ habẽt expensas ⁊ magistros tũc peccãt nisi plus pficiãt in distincta cognitiõe fidei. ⁊ in hoc habet discernere sacerdos qui eis iniungit penitentiã: quare nõ student: hec et alia ponit ibidem Jo. an. Pozzo curan. ⁊ si miles p̃lati tenent excedere mensurã illam fidei eo q̃ curã animarũ habeãt: debent enim scire articulos fidei distincte ⁊ explicite q̃ cõtinentur in symbolo. Credo in vnũ deũ. ⁊ in symbolo. Quicũq̃ vult salꝰ esse. vt. xxxviij. di. c. j. ⁊ sequẽti. vbi ꝺr: q̃ñ pſbr in parochijs ordinant libellũ officiale ab epo suo recipiãt vt ad ecclias sibi deputatas instructi accedant ⁊ cẽ. epi ꝓ tñ scire debẽt q̃ de eis omni pascenti rõnem reddere põt. vt. e. di. c. omes. Et ħ est ꝓprie explicite scire sez scire aliq̃ ar-

ticulos fidei explicare distiguere ⁊ defendere. sufficit m̄ q̄ hoc faciāt ꝺliberatiõe prehabita etiā si oporuerit cū aliorū ꝯsilio. hec ille. Ex his etiā patet q̄ tria sunt symbola fidei. Primū ⁊ illud qđ ꝓmuniter dicit a fidelib⁹ tam clericis q̄ laicis: ⁊ factum est ad fidei instructionē ⁊ fuit editū quando fides nōdum fuit ꝓpalata: ideo apostoli cōgregati fecerūt symbolū: id est collectionē credendorū vt homines instruerent in fide. ⁊ quia fides nōdum erat ꝓpalata: ideo secrete dicitur in ecclesia et in p̄ncipio diei ⁊ noctis: scz prima ⁊ cōpletorio ad designandū q̄ in ortu ꝓsperitatis et in occasu aduersitatis debet se quis firmiter tenere. Postea vero q̄ multi errores enituerūt ꝓpter quedā difficilia que in illo symbolo fuerūt. ad cuius explanationē editū est symbolū niceni a trecentis ⁊ decē ⁊ octo patrib⁹. i. epis: vt patet. xv. di. c. canones. ⁊ fuit ibi aliq̄ additiones declarantes fidei veritatē in primo symbolo contentā: vt patet cōferendo vnū ad aliud qđ symbolū in niceno cōsilio factū fuit ꝓpter grecos qui credebāt q̄ spiritus sanctus nō procederet ab vtroq̄. vt patz de cōse. di. v. c. penul. ⁊ viii. qđ etiam alie cantantur in missa post euangeliū: quia nunc fide ꝓpalata boza est p̄dicationis ⁊ expositionis euāgelij. Proinde in illis symbolis nihil omin⁹ implicite quedā cōtinebant q̄ ꝓpter vrgentes hereses oportebat explicari. ⁊ ideo tertiū symbolū additū est: scz athanasij patriarche alexandrini q̄ se specialiter cōtra hereticos opposuit ⁊ innumeras ꝓsecutiones sustinuit: ⁊ est symbolū tanq̄ ab ecclia confirmatū. ⁊ ideo iam quasi expulsis hereticor⁹ tenebris illuce scente fidei veritate cantat in prima .s. Quicūq̄ vult saluus esse. sed duob⁹ vltimis omissis reuertamur ad declarationē p̄mi ꝓsequēdam. ¶ Tertio queri p̄t quot sunt articuli fidei. Ad hoc dicendū q̄ si respectus habeatur ad illos qui primū symbolū tradiderunt sic sunt duodecim fm numerū apl̄oz. Si vero cōsideremus ea que radicaliter sunt credenda tūc sunt quatuordecim quoz. vij. ptinent ad diuinitatē ⁊ vij. ad christi humanitatē quos oīs xp̄ianus tenet credere ⁊ scire. et ideo vnusquisq̄ symbolū illud tenet addiscere ⁊ quotidie dicere in recognitionē xp̄iane fidei. hinc parētes instruere debēt pueros suos vt sciāt Pater noster: Aue maria. Credo in deū: qđ si nō fecerint obligant ad b̄ etiam patrinū: q̄ dum in baptismo puerū tenent ꝯiungit vt in his ple puerū instruant vel instrui faciant. vnde indicit eis hoc ipsum ō cō se. di. iij. c. monachi. vos ante omnia tam viros q̄ mulieres qui in baptismate filios susceptis: moneo vt vos cognoscatis fideiussores apud deū extitisse ꝓ illis quos nisi estis de sacro fonte susceperit: ideo semp eos admonere debetis vt castitatem custodiant: iusticiā diligant: charitatē teneant. ante omnia symbolū ⁊ oratiōnē dominicā vosipsi tenete: ⁊ illis quos excepistis ostēdite. in cuius etiā argumentū dicit. iij. di. c. ante viginti dies baptismi: ad purgationis exorcismū catheczumini currant. in quib⁹ viginti diebus oīno symbolū qđ est. Credo in deū. specialiter doceantur. et. c. sequē. generale ꝓponit edictū: dicēs: symbolū placuit ⁊ vno die ab omnib⁹ ecclesiis id est ante octo dies dominice resurrectionis publice in ecclie cōpetentibus p̄dicare: glo: id est intellectū discretiōis habenub⁹. ¶ Quarto q̄ri potest: vtrū auditores diuersarū opinionū ⁊ diuersorū magistrorū tenentes diuersas opiniōes excusent a peccato erroris si opiniones suoz magistrorum sequūtur. cum em̄ dicat dom⁹ Matth. xxiij. Super cathedrā moysi sederunt scribe ⁊ pharisei omnia que dicunt vobis seruate ⁊ facite. multo ergo magis seruanda vident que traduntur a doctoribus sacre scripture. Ad hoc respondet sanctus Tho. in qđlibetis q̄ diuerse opiniones doctorū sacre scripture q̄ nō ptinēt ad fidē et mores bonos absq̄ piculo ab auditoribus extrahi q̄ ptenere possunt: q̄ tūc habz locū qđ aplus dicit Roma. xiiij. Unusquisq̄ in suo sensu abūdat. In his vero q̄ ptinent ad fidē ⁊ bonos mores nullus excusat si sequat erroneā opinionē alicuius magistri q̄ de talib⁹ dicitur Matth. xv. Cecus si ceco ducatū p̄stat ambo in foueā cadūt. In talibus em̄ ignorātia nō excusat alioquin immunes fuissent a peccato qui secuti sunt opinionē arrij: nestorij ⁊ aliorū hereticarum. Hec p̄t auditor excusationē habere ꝓpter simplicitatē si sequat in talib⁹ opinionē erroneā: q̄ in reb⁹ dubijs nō est de facili p̄standus assensus quinimo vt dicit Aug⁹. in. iij. de doctrina xp̄iana. Cōsulere debet aliquis regulā fidei quam ō scripturarū planioribus locis et ecclesie auctoritate accepit: q̄ ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestū scripture testimoniū siue cōtra id qđ publice tenet ꝑ totā quotidianā eccliā nō p̄t excusari

ab erroris vitio. ¶ Quinto queri potest. vtrū confessio fidei sit necessaria ad salutē: presertim cum illud videt ad salutem sufficere per quod hō attingit finē virtutis: sed proprius finis fidei est cōiunctio humane mētis ad veritatē diuinā qđ pōt esse sine exteriori confessione. Ad hoc rñdet sctūs Tho. scđa scđe. q. iij. ꝙ ea que sunt necessaria ad salutem cadūt sub preceptis diuine legis: confessio aūt fidei cū sit quoddā affirmatiuū non pt cadere nisi sub p̄cepto affirmatiuo. Unde eo modo ē de necessarijs ad salutē quo cadere pōt sub p̄cepto affirmatiuo diuine legis. Precepta autē affirmatiua nō obligāt ad sp licet sp obligēt: sed pro loco ⁊ tpe ⁊ fm alias circūstātias debitas fm quas oportet actū humanū limitari ad h̄ ꝙ sit actus virtutis: sic ergo cōfiteri fidem non sp nec in q̄libet loco est de necessitate salutis: sed aliquo loco ⁊ tpe. s. qñ p omissionē hmōi cōfessiōis subtraheret honor deo đbitus vel etiā vtilitas ꝓximis impēdēda: puta si quis interrogatus de fide taceret: ⁊ ex h̄ crederet ꝙ nō haberet fidem: vel ꝙ fides nō esset vera vel alij per eius taciturnitatē auerterent a fide. In hmōi em̄ casibus cōfessio fidei est de necessitate salutis. Qđ si obijcitur illud quod vergere pōt in scandalū ⁊ pturbationē alioꝝ nō est necessariū ad salutē: qꝛ dic̄ apl̄us. j. Coꝝ. x. sine offensione estote iudeis ⁊ gentibus ⁊ ecclesie dei: sed per cōfessionem fidei infideles qñq; ad pturbationē ꝓuocant. Ad hoc rñdet ibidem: ꝙ si turbatio infideliū orit de confessione fidei manifesta absq; vtilitate fidei ⁊ fidelium non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri: qꝛ est cōtra illud matth. vij. Nolite sanctū dare canibus neq; margaritas spargere añ porcos ne conuersi disrumpāt vos: sed si vtilitas aliqua fidei speret aut necessitas assit cotempta turbatione infidelium debet homo publice fidē cōfiteri. Deniq; hec fides catholica si debet esse vera in aliquo necesse est ꝙ sit integra: qꝛ si q̄s errat in vno iam nō habet fidem etiam informē: ꝙ sic patet fm Tho. ibidem. q. v. qꝛ formale obiectū fidei est veritas p̄ma fm ꝙ manifestat̄ i sacris scripturis ⁊ doctrina ecclesie quicunq; ergo nō inhereret sicut in fallibili ⁊ diuine regule doctrine ecclesie q̄ procedit ex veritate prima in sacris scripturis manifestata ille nō habet habitū fidei: sed ea que sunt fidei alio modo tenet q̄ per fidem: quia de his que ecclesia docet que vult tenet: ⁊ que non vult nō tenet: ⁊ sic p fidem nō inheret ecclesie doctrine sicut infallibili regule: sed inheret ꝓprie voluntati ⁊ opinioni: per quam tenet aliquos articulos fidei ad libitū ꝓprium. Unde sicut mortale peccatū ꝯtrariat̄ charitati sic discredere vnū articulū ꝯtrariat̄ fidei: ⁊ iō sicut charitas non remanet in homine post vnū mortale: sic nec fides postq̄ discredit vnum articulum fidei. Ad laudem dei.

¶ De effectu fidei ⁊ infidelitate gentiliū: iudeoꝝ et hereticorū/ ⁊ vtrum heretici sunt tolerādi: Ser. ix.

Non habebis deos aliēos coram me. Exod. xx. Dicit Aug. sermone. xxij. ꝙ fides appellata est ab eo quod fit: due sillabe sonant cum dicitur fides. Prima syllaba est a facto: secunda a dicto: interrogo te vtꝝ credis: dicis: credo: fac qđ dicis ⁊ fides est: alioq̄n ut dicit Jaco. ij. c. Fides sine opib̄ mortua est: imo vt dicit Aug. li. de charitate: cū dilectione fides christiani est sine dilectiōe fides demonis: etenim demones credūt ⁊ ꝯtremiscūt: sup q̄ ꝟbo dic̄ Aug. vtinā quō demones iudicē sic hoīes agnoscerent saluatorē. Est em̄ demonib̄ remunerator maloꝝ tm̄: ⁊ iō merito timēt: hoib̄ vero tā maloꝝ q̄ bonoꝝ vt ei timorē reddam⁹ ⁊ amorē. Pro q̄ sciendū: ꝙ vt tangit Hug. li. de sacramētis: tria sunt que ab initio ⁊ ante aduentū christi ⁊ post ad salutē obtinendam necessaria fuerunt scꝫ fides ⁊ sacramēta fidei vt baptismus: confessio ⁊ similia ⁊ opera bona in charitate facta: que tria ita sibijnuicem connectuntur: ꝙ salutis effectum habere nō possunt si simul nō fuerint: quia nec fides meritū habet si dū p̄t operari neglexerit nec op⁹ bonū est aliq̄d si sine fide charitate formata factū fuerit: ⁊ rursus fides opans hoīem sctificare nō sufficit si eā q̄ i sacramētis dei ꝯstat sctificationē recipe cōtēnit. Et iō dic̄ Jacob. ij. c. Si fidē dicat quis se habere opera autē non habet nunquid poterit fides saluare eū. Ex quibus verbis elicitur ꝙ duplex est fides vna in intellectu: ⁊ altera in operatione: multi sunt enim qui dicunt se nosse deum. factis autem negant. De quib̄ dicit. ij. Pe. ij. meli⁹ erat illis viam non cognoscere iusticie q̄ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato: quia fiunt eis posteriora peiora prioribus: qui ergo cui

ram bonoꝝ opeꝝ non habet. fidē nō habet: ⁊ est infideli deterior. A Quapropter duo reor esse prosequēda scz de effectu fidei ⁊ de peccato infidelitatis. Pro primo q̄rit doctor sanctus scd̄a scd̄e. q. vij. vtrū scz timor sit effectus fidei sicut dicitur Jac. ij. Demones credunt ⁊ cōtremiscunt. Ad hoc respondet: q̄ timor est quidā motus appetitiue virtutis: oim ergo motuū adpetitiuoꝝ principiū est bonū vel malū apprehensum. quia oportet q̄ timoris ⁊ omniū appetitiuorū motuū principium sit aliqua apprehensio: per fidem igit̄ s̄t in nobis aliqua apprehensio de quibusdā malis penalibus q̄ s̄m iudiciū diuinū inferūtur: ⁊ per hunc modū fides est causa timoris quo quis timet a deo puniri q̄ est timor seruilis. ¶ Est aūt ⁊ causa timoris filialis quo quis timet separari a deo: vel quo quis refugit se deo comparare reuerendo spiritū inq̄ntum per fidem hanc estimationē habemus de deo: q̄ sit q̄ddam īmensum ⁊ altissimū bonū a quo separari pessimū: ⁊ cui velle equari est malū: sed primi timoris scz seruilis est causa fides īformis secundi voro timoris est causa fides formata que per charitatē facit hominē deo inherere ⁊ illi subijci. ¶ Secundo querit ibidē vtrū purificatio cordis sit effectus fidei: sicut innuere videtur Act. xx. Fide purificans corda eorum: Ad hoc rn̄det q̄ īpuritas vniuscuiusq̄ rei cōsistit in hoc q̄ rebus vilioribus immiscetur: non em̄ dicitur argentū impurū esse ex p̄mixtione auri per quā melius creditur: sed ex p̄mixtione plumbi vel stanni. Manifestū est aūt q̄ rationalis creatura dignior est omnib̄ tēporalibus ⁊ corporalibus creaturis: ⁊ ideo impura reddit̄ ex hoc q̄ temporalibus se subijcit p amorem: a qua quidē impuritate purificat̄ p modū ꝯtrariū dum scz tendit in id q̄d est supra se scz in deū in quo motu primū principiū est fides: accedentē aūt ad deū oportet credere: vt habet̄ ad heb. xj. ⁊ ideo primū p̄ncipiū purificationis cordis est fides: que si p̄ficiatur p charitatē perfectā purificationē causat: si vero remanet fides informis tūc excludit quandā turpitudinem sibi oppositā scz impuritatē erroris. ¶ Pro secundo principali q̄rit doct. sanctus secūda scd̄e. q. x. vtrū infidelitas sit peccatū presertim cū nullus peccat in eo q̄d vitare non potest: quia omne peccatū est voluntariū: sed nō est in hominis potestate q̄ infidelitatē vitet quā vitare nō pōt nisi fidē habēdo: dic̄ em̄ apl̄s ad Ro. iiij. Quomō credet qui non audierūt: quomō aūt audient sine predicante. Ad hoc rn̄det q̄ infidelitas dupliciter accipi potest. Uno modo s̄m purā negationē vt ex hoc solo quis dicatur infidelis eo q̄ non habet fidē: sicut in illlis qui nihil audierūt de fide: ⁊ tunc infidelitas non habet rationē peccati s̄ magis pene q̄ talis ignorātia diuinoꝝ ex pctō primi parentis est secuta: q̄ ergo sic sunt infideles damnant̄ quidē pena sensus propter alia peccata si que fecerūt que sine fide remitti nō possunt: non aūt damnant̄ ꝓpter infidelitatis peccatū nisi pena dāni tm̄. Hinc dn̄s dicit Job. xij: Si non venissem ⁊ locutus eis nō fuissem peccatū nō haberent. q̄d exponens Augu. dicit: q̄ loquit̄ de illo peccato quo non crediderūt in christum. Alio modo pōt infidelitas intelligi s̄m ꝯtrarietatē fidei: q̄ scz aliquis repugnat auditui fidei: vel etiā ipsam ꝯtenit. s̄m illd̄ Esa. l. Quis credidit auditui nostro. ⁊ in h̄ proprie p̄ficitur infidelitatis ratio ⁊ s̄m h̄ infidelitas est pctm̄: ⁊ oritur ex superbia: ex qua cōtingit q̄ aliquis intellectū suū non vult subijcere regulis fidei ⁊ sano intellectui patrū. Unde dicit Grego. xxxj. mora. q̄ ex mani gl̄a oriunt̄ nouitatū presumptiōes. B Secūdo queri pōt vtꝝ infidelitas q̄ pctm̄ reputat̄ sit maximū pcōꝝ: presertim cū illud q̄d diminuit vel excusat peccatū non videt̄ maximū peccatoꝝ: s̄ infidelitas diminuit vel excusat peccatū: q̄ dicit apl̄us. Fui blasphem⁹ ⁊ p̄secutor ⁊ ꝯtumeliosus: s̄ misericordiā ꝯsecutus sum q̄ ignorās feci in incredulitate. Ad q̄d rn̄det doct. sctūs ibidē: q̄ om̄e peccatū formaliter ꝯsistit in auersiōe a deo: ⁊ ideo tanto aliq̄d peccatū grauius est q̄nto p ip̄m homo magis a deo separat̄. p infidelitatē aūt maxime elongat̄ homo ab eo: q̄ nec verā dei cognitionē habet: per falsam aūt cognitionē ipsius nō appropinquat ei s̄ magꝭ ab eo elongat̄: nec esse pōt q̄ q̄ntum ad aliq̄d deū cognoscit q̄ falsam opinionē de ip̄o habꝫ q̄ id q̄d ipse opinat̄ nō est de⁹: ⁊ ideo manifestū est q̄ pctm̄ infidelitatꝭ est mai⁹ oib̄ pctis q̄ ꝯtingūt ex p̄uersitate moꝝ. Unde licet peccatū infidelitatꝭ ex p̄te ignorātie habet a materia rationem excusationis: ⁊ maxie q̄n q̄s ex malitia nō peccat. sicut fuit in apostolo paulo ex hoc tamen q̄n habet reuisum ad ea q̄ sunt fidei habet rationē pctī grauissimi: q̄d rn̄ peccatū aggrauat̄ s̄z dr̄iaꝫ ⁊ gradū infidelitatis nā s̄m opationē infidelitatis ad fidē sunt tres species infidelitatis: quia cum infidelitatis

ꝑ:ccatū cōsistit in remittendo fidei hoc potest cōtingere triplicit̄er: vel enim remittitur fidei christiane nō dum suscepte: ⁊ talis est infidelitas paganoꝝ gentilium ⁊ similiū. ⁊ est infimꝰ gradus in malicia: aut remittitur christiane fidei suscepte in figura duntaxat ⁊ talis est infidelitas iudeoꝝ: ⁊ est medius gradus vel remittit fidei christiane iam suscepte in ipsa manifestatiōe veritatis ⁊ talis est infidelitas hereticoꝝ que est pessima inter omnia: nam sicut grauius peccat qui non implet qđ promisit q̄ꝫ si nō implet qđ nunq̄ꝫ promisit: sic grauius pecm̄ est infidelitas hereticoꝝ qui ꝓfitent fidem euāgelij ⁊ eidem remittunt ipsam cozrūpentes q̄ꝫ iudei qui fidem euāgelicam nunq̄ꝫ suscepert̄: ꝑ quia suscepert̄ eius figurā in lege veteri quā male interꝑtantes cozrūpunt: ideo ipsoꝝ infidelitas est grauius peccatū q̄ꝫ infidelitas gentiliū qui nullo modo fidem euāgelij susceperunt. Deinde queri pōt. Utrū infideles ⁊ eorum ritus sunt tolerandi: p̄sertim qz vt dictum est tales grauissime peccāt tam in infidelitate q̄ꝫ in ritu eoꝝ. ſ. seruando: ꝑ peccato cōsentire videtur qui nō prohibet cū tñ prohibere pōt: vt habet in glo. ad Ro. j. sup illud. Non solum qui faciūt sed qui cōsentiunt facientibus. Hinc vt narrat Aug. xviij. de ci. dei. christiani principes templa idoloꝝ primo claudi ⁊ postea dirui fecerunt ne. ſ. de cetero idolatriā exercerent infideles. Ad hoc rñdet doctor sanctus scōa scōe. q. ꝛ. ꝛ. xj. sparsim q humanū regimen deriuatur a diuino regimine ⁊ illud imitari debet: deus autē q̄uis sit omnipotēs ⁊ summe bonus pmittit aliqua mala fieri in vniuerso q̄ tamen ꝓhibere posset ne eis sublatis maiora bona tollerentur vel etiā peiora mala sequerentur: sic etiā in regimine humano illi qui p̄sunt ratione aliqua mala tolerāt ne aliqua bona impediantur: vel etiā ne aliqua peiora mala incurrantur. sicut Au. dicit in. ij. de ordine: aufer meretrices de reb⁹ humanis ⁊ turbabis omnia libidinibus: vnde ritus gentilium ⁊ infidelium qui nihil virtutis vl̄ vtilitatis afferunt: licet nō sint aliqualiter tolerandi: tamē ad vitandū scandalū vel discidiū qđ ex hoc ꝓuenire posset vel etiam ꝓpter amouendū salutis impedimentū eoꝝ qui paulatim sic tolerati cōuertunt ad fidem tolerari p̄nt: ꝓpter hoc enim tam hereticoꝝ q̄ꝫ paganoꝝ ritus aliq̄n tolerauit ecclesia quando erat magna infideliū multitudo: similit̄r iudei ⁊ eoꝝ ritus sunt tolerandi qui ex hoc q ritus suos obseruant in quibus olim ꝓfigurabatur veritas fidei quā tenemus hoc bonuꝫ prouenit q testimoniū fidei nr̄e habemus ab hostibus ⁊ quasi in figura nobis repñtat qđ credimus. Uerumtñ si quer̄t: vtrū hec hereticis sint tolerādi: resp̄ndet ibidem q in eis duo sunt consideranda. Unum ex parte ipsoꝝ scz peccatū per qđ meruerunt non solum ab ecclesia p excōicationē separi: sed etiā a mundo per mortē excludi: qz grauius est cozrūpere fidem p quā est anime vita q̄ꝫ falsare pecuniā p quā vite cozporali subuenit. Si ergo falsarij pecunie vel alij malefactoꝛes statim p seculares ꝓncipes iusti morti tradunt: multo magis hereticī statim qñ de hereſi ꝙuincunt p̄nt non solū excōicari: sed etiam iuste occidi. Scōm aūt ē ex pte ecclie. ſ. misericordia ad errantū ꝙuersionem: ⁊ ideo non statim damnat sed post primā ⁊ scōam cozreptionē: iuxta illud apli ad Titū. iij. dicens: hereticū hominem post primā ⁊ scōam cozreptionē deuita qz subuersus est qui hmōi est. Unde si post secundā cozreptionē adhuc ꝓuenit tūc ecclesia de eius ꝙuersione non sperans alioꝝ saluti ꝓuidet illum ab ecclesia p excōicationis sententiā separādo ⁊ vlterius cum iudicio seculari ad exterminandū a mundo p mortem relinquēdo. Dicit enī Hiero. ⁊ habetur. xxiij q. iij. abscindende sunt putride carnes ⁊ scabiosa ouis a caulis repellēda ne tota domus massa cozpus ⁊ pecora ardeat cozrumpatur putrescat intereat. Arrius in alexandria vna scintilla fuit sed quoniā nō statim oppressa est totam vrbem eius flāma populata est. Hinc est q primo reuerentes ab hereſi ecclia nō solum recipit ad penitentiā sed etiā ꝓseruat eos in vita ⁊ etiā ex spirituali gr̄a in bonis tpalibus ⁊ ecclīasticis dignitatibus aliq̄n iterū restituit p bono pacis si vere ꝙuersi videant: si tñ recepti relabunt hoc videtur esse signū inconstantie coꝝ circa fidē: ⁊ ideo vlterius recipi untur quidē semper ad penitentiā nō tñ liberant a sñia mortis nec ꝓseruant in bonis temporalibus. ¶ Deniq̄ licet fides christiana fuerit vnica ⁊ sola porta eterne salutis: nō tñ oīm fides erit deo grata vel nobis salutifera: qz ꝝ̄ndā pejus sordescit in fide puersitas q̄ꝫ alioꝝ infidelitas. Pro quo sciendū: q duplex est fides. Una dicit mortua vl̄ informis: que scz non est formata diuina charitate: dicit enī mortua quia omnipotens est ad eliciendum actus meritorios vel etiam actꝰ arduos: q si

aliquādo elicit opera ardua vel etiam opera alia de genere bonoꝝ nō tamē sunt meritoria cuius ratio est: quia licet facit aliqđ bonū nō tñ hoc facit ꝓpter deū: vel si facit propter deum nō tñ deus est principalis causa mouens ad illud bonū perficiendū: sed aut aliqđ incōmodū euitandū vel cōmodū cōsequendū in tpe vel eternitate ad qđ tendit natura vel fides informis. Unū. j. Cor. xiij. Si habuero omnē fidem. glo. id est perfectā fidē: ita vt montes transferā: id est transferri a deo impetrem sicut Alex. qui fide potuit montes caspios cōiūgere ⁊ iudeos intus includere: vt refert Josephus. Sequitur. Charitatem aūt non habuero nihil mihi prodest: scz ad vitam eternā. Alia vero fides dicitur viua ꝑ similitudinem: qꝛ sicut illa dicunt viuere que ex se motum ⁊ operationē habent: sic illa fides viua dicit q̄ per dilectionē operat ⁊ tendit in deū faciens nō solū illud qđ deus vult ꝑ vt deꝰ vult scz ꝯscia pura ⁊ intentiōe recta. Ad laudē dei.

¶ De sex primis articulis fidei ⁊ q̄nq̄ penis inferni secundū poetas.

¶ Sermo x.

Non habebis deos alienos

Exo. xx. discussis vtcūq̄ de diuersitate credentiū ⁊ editiōe triū symbolorū effectuq̄ fidei gratia breuitatis ad articulos fidei ꝓut ꝑm ordinem in symbolo apostolorum ꝯtinent succincte dilucidandos st. lum ꝯuertamus qui ponunt. xij. ꝑm numeꝝ. xij. apostoloꝝ ad q̄s omnes alij reducunt. A Quorum primū ponit Petrus. Credo in deū p. o. crea. ce ⁊ terre. vbi breui verbo multa cōcludit. Dicendo nāq̄ credo. i. fide tendo charitate formata in deū: in q̄ ostēdit vnitatē essentie. Et ideo ad maiorem instructionē simplicium adiungit vnū in alio symbolo: qꝛ licet trinitas sit in ꝑsonis: est tamen vnitas in essentia: sicut anima vna est in essentia tres habēs potentias: de qua trinitate ⁊ vnitate dicit Augu. vj. de tri. in summa trinitate tm̄ est vna quantū rres simul sunt: ⁊ nec plus aliquid sunt due q̄ vna res ⁊ in se infinita sunt: ita ⁊ singula sunt in singulis: ⁊ omnia in singulis: ⁊ singula in omnibus: ⁊ omnia in omnibus: ⁊ vnū omnia. Si queris argumen. Bern̄. in sermone de trinitate. Respōdet. inq̄re de summa trinitate ꝑuersa curiositas est: credere ⁊ tenere sicut ecclesia sancta tenet fides ⁊ securitas est: videre autem eam sicuti est perfecta ⁊ summa felicitas est. Dicit tñ Augu. de ꝟbis dñi: videmus solem in celo currentē: fulgentē: calētem: similiter ignis tria habet: hoc est motū: lucē ⁊ feruorem: diuide ergo si potes o arriane solē vel ignē ⁊ tūc demū diuide trinitatē: dicit ergo vnū deū ꝑm Johā. ne dr̄ntia ꝯtrarietatē: ꝯrietas pugnā: pugna ꝟo corruptionē induceret. Dicit inq̄ vnū ad confusionē infideliū: q̄ deos infinitos colendos assumpserūt. Dij nāq̄ q̄s pagani deos asserūt hoies olim fuisse probant: ⁊ pro vniuscuiusq̄ vita post mortem a suis coli ceperūt: ꝑsertim greci plurimos deos ac deas finxerūt Dicūt enim Jouē deum celi qui ꝑcipue colebat apud creihā. Venerē deā cupidinis q̄ colebat apud paphos. Appollinē deū diuinatiōis q̄ colebatur apud delos. Vulcanū deū ignis qui colebat apud lēnos: Mineruā deā sapientie q̄ colebat apud athenas: ⁊ sic de infinitis alijs: in quarum laudem vt dicit Papias poete carmina componentes eos in celos sustulerat: nam quorundā inuentiōes artiū ⁊ cultū peperisse dicunt: vt esculapius medicinā; fuerunt etiā viri fortes aut vrbiū conditores: q̄bus mortuis homines q̄ eos dilexerūt simulachra ꝯfinxerūt vt haberet aliqđ ex imaginū cōtemplatiōe solatiū: sed paulatim hmōi honor suadentibus demonijs ita in posteros irrepsit: vt quos illi pro sola memoria nominis honorauerūt successores deos estimarent ⁊ colerent. hec Papias. Quidā etiā vt chaldei elementa ⁊ ꝑsertim ignem ac figuras celi solis lune omnēq̄ militiā celi adorabant. Sunt insuper alij vt egyptij qui bruta animalia ⁊ arbores ac similia coluerūt: vnū tñ deum principalē habuerunt Apin. s. habentē similitudinē bonis: signūq̄ lune semiplene. Unde Plinius scribit se deum illū vidisse: ⁊ ex hac cultura venit origo idolatrie in filios israel qui vitulū adorauerunt. qui ope diabolico formabat a liquefacto metallo Judei quidē vnū deū colunt: ꝑ nō ꝑm scientiā eo q̄ filiū eius xp̄m negāt: Christiani ꝟo qui sup omnes gentes veritatē inuenerūt dulci modulatione iubilāt: credo in vnū deū. ⁊ sic confitent vnitatē diuine essentie. Deinde addunt Patrem oīpotentem. Vide nūc q̄ dulciflua cōnexio vocabuloꝝ in cōsolationē fideliū: nā in patre demōstrat inexpressibilē dignationē: in omnipotētia ꝑcelsam dignitatē: nam tñ infinite dignitatis ⁊ maiestatis est q̄ in illius cōparatione cuncta creata quasi vestigium pedis ⁊ pene nihil reputantur: qui nihilominus

talis ac tantus imensa sua pietate tam dignā ter inclinauit se nostre vtilitati q̄ nō solū a nobis vocari pater expostulat: vt fidentiū pleniorem nobis tribuat ⁊ amorē vberiorē ingerat: sed etiā frater noster effectus codē cinctorio vilissimo vestiri non erubuit vt ipse primogenitus effectus adoptiuus nos filios dei insti. ueret: ⁊ paternā pietatē fidētius inuocādā esse doceret: de q̄ ammirās bonauē. in expositione pater noster. ait. O imensa clemētia lutū vilissimū dei filiū se nominat ⁊ rex regū se patrē meū dicit. Sequit: Creatorē celi ⁊ terre: qd̄ additū est contra heresim illā que dixit visibilia esse a principe tenebrarū: inuisibilia vero a deo: ⁊ ideo ad maiorē declarationem dicit in alio symbolo. Visibiliū ⁊ inuisibilium

B Secundū vero articulū posuit Andreas dicēs: Et in iesum christū filiū eius vnicū dñm nostrū: q̄ non solū christiano necesse est credere vnū deū: ⁊ hunc creatorē celi ⁊ terre sed etiā necessariū est credere q̄ deus sit pat: ⁊ q̄ christus vere sit filius eius h̄ ei est vnicū fundamentū fidei nostre. de quo in cle. de sū. trini. c. fidei catholice fundamēto p̄ter quod teste apostolo. Nemo potest aliud ponere firmiter inherens aperte cum sancta matre cōfitemur vnigenitū dei filiū in his omnib⁹ in quib⁹ deus pat̄ existat vna cū patre eternaliter existentē ptes nostre nature simul vnitas: ex quib⁹ in se verus deus existēs fieret verus homo: ⁊ ideo ꝯcluditur. j. q. j. c. cum paulus dicat: fundamentū aliud nemo p̄t ponere p̄ter id quod positū est qd̄ est christus iesus: cōsequenter probat̄ q̄ vbi christus non est fundamentū nullū boni oper⁹ est supedificiū: et dicit glo. in dicto. ca. fidei. sup verbo. in oib⁹. q̄ p h̄ comp̄hendit imensitatē incōmutabilitatem: in cōprehensibiliatē: omnipotētiā: essentiā: naturā ⁊c. vnā ⁊ equalē esse i patre ⁊ filio quia qualis pater talis fili⁹: increat⁹: imens⁹: eternus. In hoc articulo primo Fotinus errauit. quia dixit q̄ christus non esset aliter filius dei q̄ alij boni viri qui bene viuētes merentur filij dei dici per adoptionem faciendo dei voluntatem: ⁊ ita christus: quia bene vixit ⁊ voluntatem dei fecit filius dei dici meruit: ⁊ voluit q̄ christus non fuerit ante beatam virginem sed esse inceperit: quando ex ea cōceptus est. cum econtra fides nostra teneat q̄ sit filius dei veri secundum naturā ⁊ q̄ sit ab eterno. Hinc in alio symbolo additur. Filiū dei vnigenitū ⁊ ex patre natum ante omnia secula. Sabellius aūt dixit q̄ ipse pater est incarnatus ⁊ ideo eandem dicit personam patris ⁊ filij: ⁊ sic aufert trinitatem psonarum: ⁊ ideo in alio symbolo additur deū de deo lumen de lumine: quasi diceret deū filiū de deo patre. ergo ⁊ filiū qui est lumē de lumie patre Arrius dixit q̄ fuit ante beatā virginem: ⁊ q̄ fuit alia persona patr⁹ alia filij: attribuit tamē tria falsa christo. Primū q̄ filius dei fuit natura: Secundum q̄ non fuit ab eterno sed in tēpore factus a deo nobilissima creaturarum: Tertium q̄ non fuit vnius nature cū deo patre ⁊ q̄ nō fuit verus deus. sed ecōtra dicitur in alio symbolo. De qua verum de deo vero genitū non factū consubstantialē patri. patet ergo q̄ credere debemus christum verū ⁊ vnigenitū filiū dei q̄ sint sp cū patre: ⁊ q̄ alia est p̄sona patris: alia filij: sed in vna natura cū patre: ⁊ s̄m Tho. si hec credimus hic per fidem cognoscemus ea: ⁊ per sanctam visionē in vita eterna. ¶ Tertium aūt articulū posuit Iacobus zebede⁹ dicēs: Qui conceptus est de spiritusancto natus ex maria virgine: ⁊ sic necesse est credere filiū dei carnem assumpsisse: Unde leo papa dicit: q̄ patris periculi est si i filio dei vera humanitas aut patris negatur equalitas. Quod si q̄rit̄ cur dei filius elegit potius incarnari de maria virgine q̄ de alia R̄ndet glo. i dicta cle. q̄ sicut ex superbissima natus est morbus: sic ex humillima per cōtrariū inchoari debuit medicina: Uñ verso noīe eua dictū est virgini aue: q̄ sicut nimiꝝ ad sūmam humilitatē incarnari dei filius voluit: sic summe humilē eligere debuit in qua ⁊ de qua tanta debuit humilitas inchoari. Hinc in cantico suo maria dixit: Quia respexit humilitatem ancille sue. Quedam etiā refert historia q̄ ipsa deo primo virginitatem obtulit. Unde quia nouum doni genus obtulit nouo ⁊ in audito dono honorari debuit: Nimirum quia nunq̄ fuit ea dignior inuenta: dignissimam autem deum eligere decuit ⁊ sic ab ea carnem assumere voluit que concepit christū non de semine virili sed de spiritusancto: id est per operationē spiritussācti: de qua dicit Damas. super illud: Ecce ancilla dñi. q̄ post consensum beate virginis spiritussanct⁹ supueniens in ipsam purgans eā ⁊ potentiā diuinitatis: verbi receptiuam preparās simul ⁊ generatiuam: ⁊ tunc obumbrauit eā fili⁹ dei ⁊ copulauit sibi ipsi ex purissimis ⁊ sanctissimis sāguinibus virginis carnē aīatā aīa rationali ⁊

intellectiua non seminans sed p spiritũsanctũ creans: quod exponẽs bonauẽn. super. iij. di. iiij. dicit: q̃ his verbis non intendit dicere q̃ illa caro facta fuerat ex nihilo. sed q̃ sanguis ille purissimus ad pfectionẽ deductus est per virtutẽ infinitam spũssancti ⁊ sup naturalem qz ꝟtus generatiua licet a spiritusancto p̃parata fuerit p se tñ non poterat subito producere naturã illam ad actũ perfectũ nisi p successum tpis: sed ꝟtus spũssancti subito sanguinẽ illũ purissimũ alterauit ⁊ disposuit vt esset cõueniẽs materiale principiũ de quo fiẽda erat caro christi. ¶ Quartũ pinde articulũ cõposuit Ioh. dicens: Passus sub poncio pylato cruci. mor. ⁊ sepultus. In quibus verbis primo tãgit christi passio qz passibilis erat. Vñ glo. in dicta cle. dicit q̃ oẽs defectus nostros assumpsit filius dei p̃ter passibilitatẽ ignorantie ⁊ peccati: ⁊ sic habuit frigus ⁊ calorem: famẽ: sitim ⁊ alias hũanas penalitates ac passibilitatẽ mortis: ⁊ hoc congruũ fuit ꝓpter iusticiam satisfactiõis quam pro nobis assumpsit ⁊ ꝓpter fidem incarnationis q̃ potissime per eas probata fuit ac etiã propter exemplũ patientie nobis exhibendũ ad tolerãdas penalitates carnis. Secundo tangitur eius crucifixio qd̃ genus mortis specialiter elegit eo q̃ turpissimũ eo tempore reputabat: qz maledictus qui pepẽdit in ligno vt inq̃ damna que per lignũ obuenerũt p lignum restauraret: ⁊ diabolũ vinceret q̃ p lignũ supauit. ¶ Sed q̃ri potest. cur festum crucis celebramus ĩ quo dominus dehonestatus fuit ⁊ non festum asine in qua dñs fuit honoratus: Ad hoc rñdet glo. prima in. c. crucis domini. de. ꝯse. di. iij. q̃ laus exhibita dño in asina fuit mundana de qua non est curandum: sed incruce facta fuit nostra redemptio de qua nobis est sũme gloriandum ⁊ deo gratissimũ obsequium exhibẽdum. Tertio tangit eius mors ⁊ sepultura d̃ quibꝫ cã breuitatis super sedeo. ¶ Quintum articulũ cõposuit Tho. dicẽs: Descendit ad inferna tertia die resur. a mor. Pro quo sciendũ. q̃ mors christi fuit separatio anime a corpe sicut mors aliorꝫ: sed deitas tam insepabiliter ⁊ insolubiliter iũcta fuit homini christo q̃ ipa perfectissime semp affuit anime ⁊ corpi: et iõ in sepulchro cum corpore filius dei ⁊ cũ anima ĩ inferuum descendit. i. limbũ sanctorꝫ patrũ quem ita destruxit: q̃ circa illud tẽpus nl̃lus ibidẽ tentus fuit. ¶ Hic etiã notandum: q̃ licet quidam enumerant. xxij. penas inferni: alij aũt ponunt nouem: alij vero aliter numerant: tamen poete distinguunt quinq̃ penas inferni. Prima est Tãtali qui fuerat rex corinthiorꝫ ⁊ ob defectũ cibariorꝫ filiũ suum Pelopẽ occisum dijs epulandũ apposuit: et ideo fm eos a dijs apud inferos dãnat⁹ est: vbi in eridano fluuio inferorꝫ stans sp̃ esurit: ⁊ sitit: qz lz aquã habeat vsq̃ ad labiũ inferius ⁊ pomũ pẽdẽs vsq̃ ad supi⁹ labiũ: tñ fm eos collũ habz ita rigidũ q̃ ipm nõ põt erigere vt comedat nec deprimere vt bibat: ⁊ signat auaros tenaces q̃ licet vsq̃ ad os habeãt bladũ aurꝫ diuitias ⁊c. sp̃ tñ famescũt ⁊ sitiunt in corde p ardorẽ auaritie. Nimirꝫ cũ diuitie nõ impleant corda sed horrea: sic delicata mensa esurienti apposita nec gustãti minime refiẽ sed cruciat. Secũda pena est Ixionis: qui. s. primus gl̃iam in grecia affectauit ⁊ ideo dãnat⁹ credit: cui⁹ penã referũt esse q̃ sp̃ ambulat in rota quadã voluẽte que ꝑpetuo a se fugit ⁊ ipse sequitur. ⁊ signat vitiũ ambitõis qd̃ nunq̃ rotare cessat de gradu ad gradum: de beneficio ad beneficiũ: de officio ad officiuz de nundinis ad nundinas: q̃tum ad mercatores. Ecci. xxxiij. precordia fatui quasi rota carri ⁊ quasi axis versatilis cogitatus illius: ⁊. j. Reg. xxv. anima inimicorꝫ tuorum rotabitur quasi in impetu ⁊ circulo funde. Tertia pena est Sisyphi: qui sisyphus ꝓpter latrocinium qd̃ commiserat magno lapide sup ipsum cadente interfectus est: p quẽ intelligunt iracundi inuidi odiosi q̃ latrocinia vel homicidia corde ore vel opere cõmittunt: ⁊ in hoc scelere cõprehendunt etiam multi qui multa de genere bonorũ pficiunt que tamẽ per impatientiam subito amittũt in ecclesia deuoti in domo litigiosi onerosi amari qd̃ etiam cõtingit in multis qui in cõitate viuũt quorꝫ est cõditio sepius laborare pniam agere: sed q̃cquid boni fecerit subito p impatiẽtiã destruũt litigant murmurãt suspitiosi sunt detractores in ꝯscientia inq̃eti ⁊ in ꝓprio sensu scioli incorrigibiles iplacabiles quorꝫ horribile manet iudiciũ. Quarta pena ẽ Belidũ: q̃ aquam in dolio sine fundo ꝑpetue infundũt ipmq̃ iplere credũt nec possũt: ⁊ hec ẽ pena delitiosorꝫ qui doliũ sui cordis aq̃s delitiarũ implere laborant: sed quia fundo caret et sufficientia iõ semper ipsum vacuum: ⁊ insatiabile reperiũt iuxta illud puerb. xij. Venter aũt impiorꝫ insatiabilis. Quinta pẽa ẽ Tytij q̃ p eo q̃ laconam deflorauerat apud iferos dãnat⁹ ẽ: hic

ꝓpriū pectus ⁊ iecur dat vulturib⁹ ad comedendū: ⁊ postq̄ cōsumpta fuerint reuifiscit. et sic semp comedit ⁊ reuifiscit ſm poetas et signat amorē ⁊ libidinē luxuriosi q̄ in iecore ponitur. luxuriosus em̄ iecur suū id est libidinosam affectionē carnalē dat vulturib⁹ id est carnalitatis actib⁹ qui deuorant ⁊ cōsumunt ipsum scz rationē: vitaz: famā ⁊ substantiam: iecur tn̄ renasci dicit quia luxuriosus semper in libidine renouat: ⁊ postq̄ stimulus carnis extinctus fuerit reaccenditur. Sequit. tertia die resur. a mor. ⁊ hoc per sinodochen cōputando partē pro toto: vt sic leticiam resurrectionis acceleraret. ¶ Sextū articulū cōposuit Jacob⁹ alphei dicens. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei. p. o. qd̄ est necessariū credere. Ad cuius euidentiā sciendū q̄ christus dicit descēdisse rōne diuine nature relate ad humanā: q: humiliauit se assumēdo carnem. Ascendere aūt illi cōuenit ſm humanā naturam: ſm quā dicit: Ascendēs christus in altū vt sic totū affectū nostrū secū traheret. Und̄ legit q̄ quidā miles omnia loca in q̄b⁹ christ⁹ fuerat sollicite cū lachrymis visitauit: qd̄ cū deuote ꝑfecisset venit tandem in montem oliueti vnde dn̄s celos ascendit: q̄ post longā orationē cuz lachrymis dixit. ecce dn̄e vbiq̄z te quesiui diligenter: nūc cū venerim ad locū vbi celos ascendisti: nescio vbi amplius te requiraz: iube ergo spūm meū suscipi vt ad dexterā patris videā te residentē in gl'ia: qui ex auditus a dn̄o statim expirauit: videntes aūt eū socij mortuū adduxerūt medicū vt scirent qualiter hoc cōtigisset: qui ait. cuius cōplexionis fuit: rn̄derūt: iocūdus valde ⁊ in amore dei positus erat: tūc ait medicus ꝓpter nimiū gaudiū scissuz est cor eius: ⁊ apto latere inuenerunt scissum cor eius ⁊ in eo scriptū: amor meus iesus christus. Sic ⁊ nos dn̄m ꝑ singula opera ⁊ virtutū exercitia q̄ram⁹ vt tandē ad eū ascendere valeamus. Ad dei laudē ⁊ honorē.

¶ De sex vltimis articulis fidei et quomodo sortimur sanctorum communionem ac de reliquijs sanctorum. ¶ Sermo xi

Non habebis deos alienos coram me Exod. xx. Expediti breuiter de sex articulis fidei ceteros presenti sermone succinctus stilus percurrat.

¶ Septimū igitur articulū cōposuit Philippus apl's dicens. Inde ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos. hec credere oportet q̄ christus ſm humanitatē iudicatur⁹ est bonos ⁊ malos. nā licet iudiciū auctoritatis habebit tota trinitas: tn̄ iudicij ministeriū habebit filius sedens ⁊ apparēs in iudicio reprobis tm̄ ſm hūanā naturā: quod iudiciū dedit pater filio vt homines honorificēt filiū sicut honorificant patrē: sed quia d̄ hoc alias plura posui iam indiscusse ꝑtereo. ¶ Octauū aūt articulū cōposuit Bartholome⁹ dicens: Credo in spiritūsanctū. id est fide ꝑ dilectionē formata tendo in spiritūsanctū. Circa quē articulū plurimi errauerūt heretici. hinc Grego. x. in generali cōcilio lugduneñ. primo ponit cōfessionē suā li. vj. de sum. tri. ⁊ fide catho. dicens. c. fideli ac deuota ꝓfessione fatemur q̄ spūs sanct⁹ eternaliter ex patre ⁊ filio nō tanq̄ ex duob⁹ principijs sz tanq̄ vno principio non duab⁹ spirationib⁹ sz vnica spiratione ꝓcedit hec ꝓfessa est hactenus p̄dicauit ⁊ docuit et hoc firmiter tenet ⁊ p̄dicat: ꝓfitet ⁊ docz sancta romana eccl'ia ⁊ cetera. deinde reprobādo damnat omnes q̄ p̄missa negare vl' cōtrariū asserere p̄sumpserint. De his aūt q̄ errauerūt circa spiritūsanctū ponunt aliq̄. xxiiij. q. iij. c. penul. Hunc aūt spiritūsanctū maxime dehonorant symoniaci: qua propter non habent spiritū veritatis sed mēdacij: ⁊ ideo ip̄m spiritūsanctū exprimere aliquādo nō possunt ꝓut narrat Petrus damiani qui hildibrādo archidiacono referente didicit: q̄ cū adhuc ipse diacon⁹ a victore papa apocrisari⁹ ad gallias esset directus synodū congregauit: in qua sex ep̄os ꝑ diuersis criminib⁹ deposuit: inter quos quidam erat ep̄us symoniace factus qui hoc modo examinatus est. iussus dicere. gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritusancto. spiritūsanctum exprimere verbis nō valebat: q̄uis patrē ⁊ filiū expedite ꝓnunciaret qui difficultate cōuictus ab episcopatu deposit⁹ est. Preterea ex decursu symboli iam inuenim⁹ ipsam summā trinitatē equalē per omnia: q: qualis pater talis filius talis spiritussanctus increat⁹: immensus: eternus: omnipotēs ⁊c. infinita que trinitati ⁊ vnitati diuine ascribūtur: quam credere: amare: laudare: summa felicitas. maledicere autez vel blasphemare summa peruersitas est. Unde quidam olimpus arrianus episcopus apud chartaginem sanctā trinitatem in balneis blasphemās iti.

bus igneis iaculis angelo mittente inuisibili-
ter est combustus. ¶ Nonũ ꝓinde articulũ
cõposuit Matth. dicẽs. sanctã ecclesiam ca-
tholicã: ⁊ merito post fidem de spũsancto iu-
bemur credere sanctã eccl̃iaz catholicã: vtpo
te que a spũsancto sanctificata cõsistit ⁊ cõse-
crata sponsa christi: spõsa inquã sed nõ vxor:
quia adhuc ꝑ delictum separari põt a sponso
sicut sponsa carnalis a spõso añ matrimoniũ
cõsumatũ: ⁊ addit catholicam. i. vniuersalem
vl̃ generalẽ. ¶ Hic queri põt: vtrũ eccl̃ia
potest errare. Ad hoc rñdet Hein. boyc. ex-
tra d̃ sen. ex. c. a nobis. ij. ꝙ eccl̃ia triũphans
nunq̃ errare põt: quia omnia nouit anteq̃
fiant in speculo eternitatis. vñ Hier. ad celã
tiã: nunq̃ errat imitatio que sequit veritatez
et sup Hiere. li. vj. veritas claudi ⁊ ligari põt
vinci nõ potest quia ⁊ suoꝝ paucitate cõten-
ta est ⁊ mltitudinẽ hostiũ nõ terret. vt patuit
in athanasio p̃riarcha alexãdrino. eccl̃ia ꝟo
militans errare nõ põt si loquimur de eccle-
sia spãli: vt in dicto. c. a nobis. ij. sed pro ipsa
presumit quousq̃ de errore ꝓbetur; vt extra
de frigidis. c. fraternitatis. ⁊ potissime pro ro
mana eccl̃ia: vt patet de reli. ⁊ ve. sctõꝝ. c. j.
si tñ posset de errore fieri fides non negatur;
etiã apl̃ice sedis sententiã in melius cõmuta-
ri posse: vt patet extra de sen. ⁊ re iudi. c. cum
olim. Si vero loquimur de eccl̃ia generali si
mul cõgregata tunc illa nunq̃ errare põt. vt
patet. xxiij. q. j. c. a recta fide. quod credit ve-
rũ in errore iuris: ⁊ sic ptz ꝙ papa põt errare
vt ptz. xix. di. c. anastasius. Sed nõ vniuersa-
lis eccl̃ia simul ꝯgregata: qz pro illa rogauit
dñs: cum diceret petro. Luc. xxij. Ego roga-
ui ꝓ te vt non deficeret fides tua. Verũtñ in
errore facti põt errare tam vniuersalis vl̃ pri
cularis eccl̃ia: qz illi nõ sunt a deo ꝯmissa oc
culta hoim iudicare: sed de illis de quibꝫ sibi
cõstat. ¶ Hic queri põt vtrũ ecclesie iudiciũ
extendit etiã ad actus oĩno occultos p̃sertiz
cũ de occultis solus cognitor est deus. Ad h̃
rñdet guil. de mon. lau. in cle. vnica. d̃ vsuris
§. ceterũ. ꝙ vbi pena ꝓcedit a claue vt est cẽ-
sura eccl̃iastica q̃ fertur ꝓ aliquo peccato qd̃
est damnatũ lege diuina vt vsura ⁊ symonia
tunc extendit se ad crimen etiam occultũ: nã
in vsura sola spes damnat̃ que ẽ oĩno occul-
ta: vt ptz extra de vsur̃. c. cõsuluit: ⁊ etiã symo
nia mentalis damnat̃: vt ptz extra. e. ti. c. fi. q̃
etiam in mente consistit. in alijs aũt peccatis
seu penis in quibꝫ cessat alterũ p̃dictoꝝ actꝰ
occultus nõ cadit sub p̃cepto eccl̃ie militan-
tis. Idem hein. boyc. in. c. sicut tuis. extra de
symo. Scdo queri põt: ex quo eccl̃ia etiã vni
uersalis errare põt ⁊ falli vt dictũ est. Vtruz
illa errans in claue ligare põt vel absoluere.
Ad hoc rñdet ab. ⁊ Joh. an. extra de sen. ex.
c. a nobis: ꝙ ligatio vl̃ absolutio quã facit ec
clesia militãs errante claue nõ ligat vel ab-
soluit apud deũ: ⁊ addit Hein. boyc. ibidẽ: ꝙ
eccl̃ia militans non põt ligare vel absoluere
mortuos q̃ztũ ad ligationis vel absolutiõis
veritatẽ vt ptz. xxx. di. c. qualis. sed declarare
põt absolutionẽ a summo sacerdote in cõtri-
tione factã fuisse. vt dicto. c. a nobis: in verbo
nec obstat: ⁊ ante talẽ declarationez ꝑ iudicẽ
suũ factam districte seruanda est sñia ab ec-
clesia militante q̃ztãcunq̃ cõtritionẽ excõica
tus oñdet. vt ptz expresse extra de sen. ex. c. sa
cris. Vñ dicit archi. xxiiij. q. ij. in. c. sane pro-
fertur. ꝙ sicut sub terra ligari põt si in notorio
crimine discessit ita ⁊ absolui qd̃ intelligit. i.
ligatus denunciari: ⁊ ita exponit hosti. ⁊ Jn-
no. ita etiã intelligit qd̃ notat archid. xxiiij. q.
iij. in. c. si quis non recto. vbi dicit ꝙ si post
mortem ecclesia inueniat se deceptam absol
uit mortuum quem ligauit sicut ⁊ ligat.

¶ Decimũ itaq̃ articulũ posuit Simon di
cens. sanctoꝝ cõmunionẽ remissionẽ pecca-
torũ. s. his qui sunt in eccl̃ia: in quibꝫ ꝟbis bre
uiter. duo ponit credẽda. Primũ est ꝙ in ec-
cl̃ia sit cõmunicatio sanctoꝝ opere. s. spiritus
sancti qui facit vnionẽ mẽbroꝝ eccl̃ie ad ca-
put ⁊ ad inuicẽ ꝑ glutinũ diuine charitatis:
sicut spũs hoĩs mẽbra in corpore vnit ⁊ viui-
ficat: ps̃ ꝑticeps ego sum oĩm timentiũ te: si-
gnũ aũt huius vnionis est sacramentũ dñici
corporis. ¶ Hic queri põt q̃t modis sorti-
ri possumꝰ sctõꝝ cõmunionẽ ita ꝙ nos iuuãt
Ad hoc dicenduz. ꝙ quinq̃ modis primo ꝑ
orõnuz suaꝝ suffragia. vnde. ij. Mach. vlti.
Dicit ꝙ trepidante populo iudeoꝝ ꝓpter im
minẽs bellũ ⁊ iuda exhortatiões faciente ad
populum erat hmõi visus onyam qui fuerat
summus sacerdos virum bonum ⁊c. manus
protendentẽ orare ꝓ populo iudeoꝝ post hec
apparuisse ⁊ aliũ virũ etate ⁊ gl̃ia mirabilez
et magni decoris habitudinẽ circa illũ respõ
dẽtẽ vero onyam dixisse. Hic est fratrũ ama
tor ⁊ populi israel. hic ẽ q̃ multũ orat ꝓ ppl̃o
et vniuersa sctã ciuitate. Hieremias ꝓpha d̃i
Extẽdisse aũt heremiã dexteram et dedisse
iude gladiũ aureũ dicentẽ. Accipe gladium

dere: quia parentes nutrierunt filios de sua
carne ⁊ propria substantia: sed filij nutriunt
parentes de substantia aliena: ⁊ ideo qui in
his tribus parentes non honorant a deo tri
plici vindicta seuere vltionis feriunt. Prima
est abstractio rerū temporaliū quia diuino iu
dicio plerumq; talibus diuersa infortunia re
rum temporaliū eueniunt: qui suis parentib⁹
in indigentijs non subueniunt. Secundo ab
breuiatio vite tēporalis ⁊ fame: vnde ps̄. Su
bito defecerunt: perierūt propter iniquitatem
suam. Et sm iura infames reddunt ⁊ a testi
monio ferendo ⁊ ab omni actu legitimo repel
lunt: ij. q. vij. c. plerique. in fine. Et sm canones
ingrati parentib⁹ a testamento sibi facto ⁊ de
uotiōe sibi facta excludunt ⁊ hereditaria suc
cessione priuatur, put postea latius videbitur
Tertio additio mortis eterne: dicit enim glo.
Leuit. xx. Qui maledixerit pr̄i aut matri mor
te moriat: scz morte eterne dānationis. Nec
mirū cū reputant indigni vite tpali: que eis di
uino iudicio subtrahit: cū tamen alijs pecca
toribus hec vita ad penitentiā concedit: q si
ab his vindictis quidā eoꝝ occulto diuino iu
dicio misericorditer eximant magis timeant
ne pseuerantes in malo potiori vindicte reser
uentur. Veruntn̄ ex iā dictis duo p̄ncipaliter
prosequenda resultant. Primū est: quō nos
obligamur ad parentū obeditionem. Secun
dū est quō cogimur ad eorum sustentationē.
Quantū igit ad primū queri pōt: vtrum vn⁹
homo teneat alteri obedire: p̄sertim cū insti
tutio diuina contineat q homo suo consilio re
gat. Eccle. xv. Deus ab initio ꝯstituit hoiem
⁊ reliquit illum in manu cōsilij sui. Ad hoc rn̄
det Tho. scda 2ᵉ. q. ciiij. q sicut actiones rerū
naturaliū procedūt ex potentijs naturalibus
sic etiā opationes hūane procedunt ex huma
na voluntate: oportuit aūt in rebus naturali
bus q superiora mouerent inferiora ad actio
nes suas: per excellentiam naturalis virtutis
collate diuinitus. Vnde oportet etiam in re
bus humanis q superiores moueant inferio
res per suā volūtatem ex vi auctoritatis diui
nitus ordinate. Mouere aūt per rōnem ⁊ vo
luntatem est precipere: ⁊ ideo sicut ex ipso or
dine naturali diuinitus instituto: inferiora in
rebus naturalibus necesse habent subdi mo
tioni superioꝝ: sic etiam in rebus humanis ex
ordine iuris naturalis ⁊ diuini tenentur infe
riores suis superioribus obedire: vt filij pa
rentib⁹: serui dominis: subditi prelatis spūali
bus ⁊ tēporalibus: monachi suis p̄latis. De
us aūt reliquit hoiem in manu consilij sui: nō
q liceat ei facere om̄e qd̄ velit: sed quia ad id
qd̄ faciendū est: non cogitur necessitate natu
re sicut irrationales creature: sed libera electi
one ex proprio cōsilio procedente: ⁊ sicut ad a
lia facienda proprio cōsilio procedere debet:
sic etiam ad hoc q obediat suo superiori. ¶
Qd̄ si querit cui plus obedire tenemur patri
carnali an spūali. Ad hoc respondet glo. xxx.
q. iij. c. pitaciū: in fi. q in necessitate potius est
carnali subueniendū in temporalium beneficio
ꝝ exhibitione: quia de carnali preceptum
illud intelligitur. Honora patrem ⁊ matrem
Cuius ratio est: quia ab eo habet esse que ob
ligatio etiam per infidelitatem non dissoluit
sed iure naturali ⁊ diuino hec obligatio nata
est: vt patet. j. dist. c. ius natura: ⁊ sic in regula
Augusti. habetur q religiosus prelato tanq̄
patri debet obedire: ibi verbum tanq̄: notat
similitudinem potius q̄ veritatem: ⁊ in euan
gelio Matth. xxvj. Tanq̄ ad latronē: Sed
in exhibitione reuerentie plus deferendū est
spirituali patri. ¶ Deniq; queri potest: vtrum
ergo filij: serui: subditi ⁊ inferiores teneantur
in omnibus obedire: presertim cum dicitur
Collossen. iij. Filij obedite per omnia paren
tibus vestris: ⁊ subdit. Serui obedite per o
mnia dominis vestris carnalibus: ⁊ eadem
ratio est de alijs subditis. Ad hoc respondet
Thomas vbi supra: q obediens mouetur ad
imperium precipientis quadam necessitate
iustitie sicut res naturalis mouetur a virtu
te sui motoris necessitate nature: q ergo res
naturalis non moueatur a suo motore potest
contingere dupliciter. Vno modo propter i
pedimentum quod prouenit ex fortiori virtu
te alterius mouentis: sicut lignū non cōburit
ab igne si fortior vis aque impediat. Alio mo
do ex defectu ordinis mobilis ad motorē: qz
⁊ subijciatur eius actioni quantum ad aliqd
non tamen quantum ad omnia sicut humor
quādo subijcitur actioni caloris q̄tum ad ca
lefieri: non tamen quantum ad exsiccari vel
cōsumi. Sic etiam ex duobus cōtingere po

reſt: q̄ ſubditus ſuo ſupiori non teneat in oīb⁹ obedire. Uno mō ꝓpter p̄ceptū maioris plā ri vel ptātis: vñ ſuper illud Ro. xiij. Qui reſiſtunt ei ſibi dānationē acquirūt: dicit glo. Si q̄ diuſſerit imperator nunq̄d nbi faciendū eſt: ſi ꝓtra p consulē iubeat ⁊ aliud imperato: nunq̄d dubitat illo contēpto illi eſſe ſeruiendū: ergo ſi aliud imperator aliud deus iubeat: ꝓtēpto illo: deo eſt obtemperandū. Et ex hoc ꝓcludit q̄ nulli eſt obediendū in his q̄ ſunt ꝑ deū vel aie ſalutē: vel ſimpliciter vel ex caſu. Alio mō nō tenet inferior obedire ſuo ſupiori ſi et aliq̄d p̄cipiat i quo nō eſt ei ſubiectus: dicit em̄ Seneca. in. iij. de beneficijs. Errat ſi q̄s eſtimat ſeruitutē in totū hoīem deſcendere: pars em̄ melior excepta eſt: corpa ſunt obnoxia ⁊ aſſerti pta dominis: mens q̄dem ſui iuris eſt: ⁊ ideo in his q̄ ptinent ad interiorē motū voluntatis hō non tenet hoi obedire ſed ſolū deo. Tenetur aūt hō hoi obedire in his q̄ per corpus exterius ſunt agēda: i q̄buſdā tm̄ etiā ſm ea q̄ ad naturā corpis ptinēt hō hoi nō tenet obedire ꝑ ſolū deo: q̄ oēs homines naturaliter ſunt pares: puta in his q̄ ptinent ad corpis ſuſtētationē ⁊ prolis generationē: vñ nō tenent nec fuit dñis: nec filij parentib⁹ obedire de matrimonio ꝓtrahendo vel ỹginitate ſeruanda vel aliquo alio hmōi: ſed in his q̄ pertinēt ad diſpoſitionē actuū ⁊ rerū humanarū tenet ſubditꝰ obedire ſuo ſupiori ſm rōnem ſupioritatis: ſicut miles duci exercitus in his q̄ pertinent ad bellū: ſeruus dño in his q̄ ptinēt ad ſeruilia opera exequēda: filius patri in his q̄ ptinēt ad diſciplinā vite ⁊ curā domeſticā: ⁊ monachus in his q̄ ptinent ad regularē cōuerſationē ſm quā ſuo ꝓlato ſubditur. ⁊ iō q̄ſtum ad illa ſola tenet obedire q̄ pñt ad regularē obſeruantiā ⁊ cōſeruationē ptinere q̄ eſt obedientia ſufficiens ad ſalutē: ſi tm̄ etiā in alijs obedire voluerit: hoc ad cumulū pfectionis ptinebit: dūmō tm̄ illa nō ſunt ꝓtra deū vel ꝑfectionē regule vel in aliquo caſu ꝓtra ſalutē anie: q̄ talis obedientia ſimplicit vel in illo caſu eſſet illicita. Sic igitur pōt obedientia triplex diſtingui. Prima ſufficiens ad ſalutē que ſcz obedit in his ad que obligat. Scōa perfecta q̄ ſcz obedit in omnibus licitis. Tertia indiſcreta que ſcz i illicitis etiā obedit: ꝓtra q̄s dicit Act. iij. Obedire oportet deo magis q̄m hominibus: ⁊ iō q̄d Apl's dicit filijs ⁊ ſeruis q̄ obediant per oīa: ſane intelligendū eſt q̄ſtum ad illa q̄ pertinent ad ius patrie vel dominatiue poteſtatis. Ad laudem dei omnipotentis.

Utrum filius obedire teneat patri ⁊ matri circa matrimoniū: ⁊ vtrū religionis ingreſſus cōtra voluntatē parentū ſit illi interdictus. Ser. iiij.

Onora patrem tuū ⁊c. Exo. xx. Occaſione queſtiōis p̄cedentis primo queri pōt in quibus patri filius obedire teneat: p̄ſertim cū apl's Col'. iij. nihil excipere videat: dicens, Filij obedite p oīa parentib⁹ veſtris. Ad hoc rñdet Aſten. lib. j. ti xxiij. q̄ ſm gradus ſupioritatis ē modus obeditiōis: q̄ vt dr Ro. xiij. Dis ptās a dño deo eſt: ⁊ ois alia poteſtatib⁹ ſublimioribus ſubdita ſit. Eſt aūt ſupioritas conſtituta tripliciter. Prima in ſpūalibus ⁊ ſic p̄eſt pater ſpūalis. Scōa cōſtituta eſt in regimine reipublice: ⁊ ſic p̄eſt plātis ſecularis. Tertia denicq̄ in regimine ꝓprie familie: ⁊ ſic preeſt pater carnalis. Sicut ergo determinat obedientia plāti ſpūalis in ſpūalibus: ⁊ plāti ſecularis in temporalib⁹ reipublice: ſic etiā obedientia patris in diſpenſatiōe rei familiaris: ⁊ ſm hoc dicit pōr: q̄ filius patrifamilias obedire patri tenet in oīb⁹ bus ꝓbabiliter ptinentib⁹ ad neceſſitatē vel vtilitatē rei familiaris: ⁊ ſic intelligi dr auctoritas ſupradicta: ⁊ ſimiles: vñ q̄ſdā filius vtitur bonis patris. dr illi obedire in diſpenſatione tpaliū ⁊ ſubminiſtratione obſequioꝝ: ac etiā in exercitatione actuū virtuoſoꝝ. Hinc dr Deut. xxj. Si genuerit hō filiū cōtumacē qui nō audiat patris ⁊ matris imperiū: ⁊ cohercitus obedire contēpſerit: a pp̄hendēt eū ⁊ ducent ad ſeniores ciuitatis illius ⁊ portā iudicij dicentq̄ ad eos. Filius noſter iſte peruus ⁊ ꝓtumax eſt: monita nr̄a audire ꝓtēnit: cōmeſſationib⁹ vacat ⁊ luxurie atq̄ cōuuijs: lapidibus eū obruet pp'l's ciuitatis ⁊ morietꝰ: vt auferatis malū de medio vr̄i. Et q̄ ptr ſm Alan. q̄ patri filius obedire teneat in diſciplina bonoꝝ moꝝ q̄d intelligi dr de neceſſarijs ad ſalutē. ¶ Scōo ſo q̄ri pōt: vtrū patri p̄cipienti ꝓtrahere mr̄imoniū cū aliqua: filius obedire teneat ſub pena pcī mortalis. Ad hoc rñdet Gaſp. de cal. in. c. j. extra deſpon. impu: inter alia. Q̄d ſi q̄rit: an ex ſponſalib⁹ parētum filij obligent ⁊ tūc ptr rñſio ex li. vj. c: vnico. vbi dicit q̄ ex ſponſalib⁹ q̄ parentes p filijs puberib⁹ vel ipuberib⁹ plerūq̄ ꝓtrahūt: ipſi filij ſi ex preſſe ꝓſenſerint vel tacite: vt ſi ꝓſentes

fuerint nec ꝓtraxerint: obligant ꝛ ex eis oriri
tur iustitia publice honestatis: ꝛ est idez si filij
tpe sponsalioꝝ absentes ꝛ etiã ignorantes ea
dem sponsalia post scientes: ratificauerint tra
cte vel exꝓsse. Joh. an. dicit ibidem: q̃ qui
tacet in hoc casu consentit: qz regula iuris est
qui tacet consentire videt: ꝛ in fauorabilibus
ꝑcipue sequit in rextu: aliter et sponsalibus
cõtractis ꝓ filijs a parentibꝫ nec ipsi filij obli
gant nec publice honestatis iustitia inde sur
git. Si vero queratur an patri ꝓpienti matri
monũ vel sponsalia cõtrahi filius obedire te
neatur. Respondet q̃ saluo saniori iudicio si
bi videt: q̃ si pater iustã habet causam ꝓpiẽ
di: q̃ cũ tali ꝓtrahat vel ne cũ tali cõtrahat
puta ꝓpter pacem ineundã vel aliã similem
causam: vel ne cõtrahat cũ muliere mala vel
sibi exosa: sicut fecit Esau cõtrahens cũ bis q̃
parentibus exose fuerũt: tũc filius tenet patri
obedire nisi vellet in castitate pmanere: qõ si
non facit nõ peccat: ꝛ ecõuerso si filius habet
iustam causam nõ obediẽdi: nullatenus pec
cat non obediendo: sed causis legitimis hinc
inde cessantibus: cũ matrimoniũ oĩno debet
esse liberum. tum rõne significat: tum ratione
tante obligationis seu seruitutis que in illo cõ
tractu consistit: nõ est illud a parentibꝫ iniun
gendũ inuito nec a filio est de necessitate pa
rendũ: nec obligat etiã q̃ntum ad petrã et pe
ꝓ: sed tm̃ de honestate ꝛ ꝓsilio: ꝛ sic est intel
ligendũ: c. j. extra de despon. impu. in his duo
bus questionibꝫ. Nam ibi scribit papa episco
po Eusebio. Tua fraternitas requirit de fi
lio adulto quẽ pater vult matrimoniũ cõtra
here: si sine volũtate adulti filij hoc facere põt
Ad qõ dicimus si aliquo modo non cõsentit
filius: nõ fieri posse: põt aũt filium nondũ adul
tũ cuius voluntas discerni non põt pater cui
vult in matrimonio tradere: ꝛ postq̃ filius p
uenerit ad legitimã etatem oĩno debꝫ hoc ad
implere: glosa: de honestate nõ de necessitate:
ꝛ idem iudicii est de filia. ¶ Tertio proinde
queri põt: vtrũ pater teneat dotare filiã sine
illius consensu nubentẽ: ꝑsertim cũ matrimo
niũ debeat esse liberũ vt dictũ est. Ad hoc rñ
det Fran. de zab. qz si tale matrimoniũ initũ
fuit ratum: nullũ habẽs impedimentũ: tũc filia
si nubit post. xxv. annũ. pater nõ potest illi op
ponere: ꝛ qz pater filiã suam dotare tenet: et
am hãc dotare debꝫ. Si ꝓ nubit añ. xxv. an
nunc videt q̃ pater eum dotare nõ teneatur:
equius rñ est q̃ eũ pater dotare nõ recuset: qz
licite nubit de iure canonico: ꝛ in hoc leges imi
tant sacros canones: vt ꝓz extra de secun
nup. c. fi. qõ extendit ad oẽs mulieres: vt dicit
glo. ꝛ hoc tenet glo. xxxij. q. ij. c. fi. vide etiã tex
illũ: qõ tñ sane ĩtelligendũ est dũmodo dignũ
eligat: secus aũt si indignũ: ꝛ hec oĩa clarius
patent. xxxvj. q. j. c. de raptorib⁹: in glo. Bar
bat. in. fi. ¶ Quarto ꝑterea queri põt vtrũ oc
casione religionis ꝑtermittã pñt opera ꝛ offi
cia pietatis in parentes: ꝑsertim cũ bonoꝝ ob
sequij parentibꝫ exhibendus cadat sub necessi
tate ꝓcepti huius sed ingressus religionis est
de cõsilio ꝛ non de necessitate saluis. Ad h
dicendũ q̃ aliter ꝛ aliter loquendũ est de con
stituto in seculo ꝛ de professo in religiõe. Quã
tum igitur ad primũ: qui ꝓstitutus est in secu
lo: dicit doctor sanctus scõa ꝛ. q. j. q̃ religio
ꝛ pietas sunt due ꝑtutes: nulla aũt ꝑtus alte
ri virtuti contrariat aut repugnat: qz fin pñm
in ꝓdicamentis. Bonũ non est bono contra
rium ꝛ ideo non potest esse q̃ pietas ꝛ religio
mutuo se impediant: vt ꝓpter vnũ alterius ac
tus excludat: cuiuslibet em̃ virtutis actus de
bitis circumstantijs limitatur: quas si ꝑtereat
nõ erit iam virtutis actus sed vitij. Unde ad
pietatem pertinet officiũ ꝛ cultum parentibꝫ
exhibere fm̃ debitum modũ: non est aut̃ de
bitus modus vt plus intendat ad colendum
patrem q̃z ad colendum deum: sed sicut dicit
Ambrosi. super Lucam. Necessitudini legis
diuine religionis pietas antefertur. Si ergo
cultus parentũ abstraheret nos a cultu dei: iaz
non esset pietas parentũ insistere cultui cõtra
deum: vnde dicit Hiero. in epla ad Heliodo
rum. Si pater in limine domus iacet: si ma
ter vbera quibus te lactauit ostendat: percal
catũ perge patrem: pcalcatam perge matrez
ꝛ siccis oculis ad vexillũ crucis euola: summũ
genꝰ pietatis est in hac re esse crudelem. Et
ideo in tali casu diminuenda sunt officia pieta
tis in parentes ꝓpter diuine religionis cul
tum. quia dicit Grego. q̃ parentes quos ad
uersarios in via dei patimur: odiendo ꝛ fugi
endo nescire debemus. Unde Hiero. vbi su
ꝓra. Honora patrem ꝛ matrẽ si te a vero pa
tre nõ separat: tamdiu scilicet carnis copulã q̃s
diu ille suum nouerit auctorem. Et idem iudi
ciũ est si sine periculo mortalis culpe: ꝓpter pe
ꝓnã fragilitatem vel aliam quamcũq̃ occasi
onem parentibꝫ officia pietatis exhibere non
possemus. Si ꝓ debita obsequia parentibꝫ
exhibendo non abstrahamur a diuino cultu

vel obseruãtia mandatoꝝ: etiã sine nostro ob
sequio sustentari nõ possunt: nõ debemus eis
relictis intrare religionẽ: qz transgrederemur
p̃ceptũ de honorazione parentũ nam sic eozũ
curã deo cõmitteret: hoc esset temptare: cum
habens ex humano consilio ꝺd ageret: periculo
parentes exponeret sub spe diuini auxilij: q si
sine eo parentes transigere viram possent: licꝫ
tũ esset illi desertis parentibus religionẽ intra
re: qz filij nõ tenentur ad sustentationẽ paren
tũ nisi causa necessitatis: vnde illud Luce. ix.
vbi dñs dicenti sibi: pmitte me primũ ire z se
pelire patrem meũ: rñdit. sine vt mortui sepe
liant mortuos suos: tu aũt vade z annũcia re
gnum dei: exponit. Cyrillus dicens: q discꝫ
pulus ille non petijt q patrem iam defunctũ
sepeliret: sed adhuc viuentẽ in senectute sustẽ
taret: vsqꝫ quo illũ sepeliret: qꝺ dñs non cõces
sit: qz erant alij qui eius curã habere poterant
linea parentele astricti. Vnde generaliter pa
rentes plus obligant ad prouidendũ filiozũ
q̃ filij ad prouidendũ parentũ: cuius causam
assignat lyra super Matt. ix. dicens: q pater
cũ sit principiũ filij per se: obligat ad prouidẽ
dum filijs de doctrina z nutrimento: non aũt
ecõuerso. Vnde dicit. ij. Corin. xij. nec debent
filij thesaurizare parentibus sed parentes fi
lijs: z ideo non licet parentibus ingredi religi
onem omissa cura filiozꝫ: sed debent de eis cu
rare vt de cura competenti eis prouidere: fili
us aũt nõ simpliciter curam parentũ habere
tenetur sed per accidens sez si pater sit in ca
su necessitatis in quo nõ possit per alium sibi
q̃uenienter subuenire: z ideo tali casu cessan
te potest z debet etiã contra voluntatem pa
rentũ religionem intrare. Ad hoc etiã confir
mationẽ habetur dist. j. c. ius naturale: in glo.
q filij locupletes nutrire tenentur parentes
egenos. q si parentes habent vnde sustenta
re possunt vel aliquo artificio se nutrire pos
sunt tunc filij non obligantur: nisi sit persona
cui non q̃uenit operari: vt miles z ꝯ. qui coꝝpo
re eget licet operari posset: tamẽ est alendus
z sic istud preceptum est affirmatiuũ z obli
gat semper: sed non ad semper: similiter pazẽ
tes imo fortiori vinculo tenentur filios nutrire
etiam illegitimos: vt expresse patet extra de
eo qui dux. in ma. quam pol. per adulte. c. cũ
haberet: in fi. in tex. z glo. Pozro q̃rum ad se
cundum sez illum qui iam in religione profes
sus est: dicendum sm Tho. z Alex. an. q ta
lis reputatur iam quasi mortuus mũdo: z nõ
non debet occasione sustentationis parentũ
exire clausturã: in quo p̃sepult christo: z iterũ
se negotijs secularib⁹ implicare: cũ ꝓpter pau
pertatem qua prepatio carent: tum etiã ꝓpter
obedientiã qua sine licentia suoꝝ prelatoꝝ eis
clausturũ exire nõ licet. Tenetur tamen salua
sua plãi obedientia z sue religionis statu: piũ
studiũ adhibere: qualiter eius parentib⁹ sub
ueniat. Preterea licz talis non sit obligatus
ad exhibitionẽ corporalem honoris parentũ:
est tñ obligatus ad exhibitionẽ spualem: z in
reuerendo: psolando: orando: ad bonũ indu
cendo: z salutem anie procurando: sa lua sem
per obedientia superioris: nam in exhibitione
spuali religiosus marie debet plicere preces
ptum istud circa parentes in qua peripue con
sistit p̃firmatio ad deũ. Quinto deinꝫ
queri põt: quare non est datũ preceptũ de ho
nore filioꝝ z aliozꝫ hominum sicut de honore
parentũ. Ad hoc rñdet Astẽ. li. j. n. xxiij. q ra
tio naturalis non statim dictat q aliquid sit p
aliquo faciendũ: misi cũ homo aliquid debet:
debitũ aũt filij ad patrem est maxime manife
stum: z ideo ponitur sub p̃cepto: vnde Eccle.
vij. Honora patrẽ tuũ z gemitus matris tue
nõ obliuiscaris: memento eni q̃m nisi per illos
non fuisses rembue illis quõ z illi tibi: z ideo
non ponitur etiã sub aliquo p̃cepto decalo
gi vt aliquod obsequiũ vel beneficium alicui
nisi parentibus impendat: parentes aũt non
vident esse filijs debitozes ꝓpter aliqua be
neficia ab eis recepta: sed potius econuerso fi
lius qui est aliquid patris: z patres amant fi
lios vt aliꝺ ipsoꝝ: vt dicit. viij. ethi. vnde eiꝺ
dem rationib⁹ non ponunt aliqua p̃cepta pti
nentia ad amoꝛẽ filioꝝ: quibus nõ ponuntur
aliqua p̃cepta ordinantia hoiem ad seipsum
nemo vnq̃ carnem suã odio habuit: Et sicut
in prima tabula vel in ordine ad deũ: primũ
p̃ceptum ponit de honore principij qꝺ est de
us: sic in secꝺa tabula vl in ordine ad proximũ
primũ p̃ceptum ponitur de honore principij
qꝺ est homo: vt sic vtrobiqꝫ principij dignitas
honoretur: nam qui parentes honorat deũ z se
ipm honorat: vnde legit q quidã famosus do
ctor erat parisius multis notus z dilectus: cꝰ
audiens mater eius paupcula: cogitauit visi
tare fil ũ: z in tunicella de burello venit pariſ
ius: querens a matronis pro tali magistro q̃
responderũt ꝺd vultis ei. ego sum inquit ma
ter eius tunc matrone refocillantes eã postea
vestibus bonis eam ornauerunt: ne magister

ille de vilitate matris verecūdiā pateretur: que cū venisset ad filiū au: Ego sum mater tua: Rādit magister: nō credo: qz mater mea paupercula ē: tumcā de burello habere ꝓsueuit ⁊ cū nullo mō vellet eā agnoscēr. reducta tunicā suā induit: ⁊ ad filiū suū reuersa est. sedens cē in medio doctoꝝ: q̄ staum assurgens matri capitiū deposuit ⁊ amplexat⁹ ē eā: dicēs mō suo q̄ estis mater mea qō vbiq; diuulgatum ꝑ magno honore ei reputatū ē: ⁊ postea ēps parisiensis effectus est. Ecōtra ꝯo de inhonorandis ⁊ nō subuenientibus pentū necessitatibus: legit in li. Apum. Qō in normānie pbr erat vir diues ꝫ ignobilis habēs vnicum filiū delicate nutritū: quem q̄ patrē miles q̄dā cū amicis dicens: filia nobis est decora nimis ⁊ prudens p quā posteritas tua exaltari poterit: hanc filio tuo dabimus in vxorē. hoc medio: vt cedas possessionib⁹ tuis vniuersis ⁊ filius tibi ⁊ matri ꝯdiu viuerint⁹ abūdanter ꝯuidebit. Hoc pater audiēs ⁊ berens sub dubio: tandē ab amicis ꝓpulsus ē cedere bonis ⁊ q; filius anno primo parētes honorauit: secūdo tñ minus: ⁊ tertio inuerecūdius ꝯtemnebat: quarto aūt anno vxore suggerente domū culā eis in oppositio fecit: vbi nō modicā egestatē pertulerūt: nam vix interdū audebāt intrare domū filij: sed p seruū mandabāt ei q̄b⁹ poterant non carere. Accidit aūt vt mater visa auca infixa veru in domo filij: diceret viro me feminam magis decet paucis esse contenta, tu vade ad domū filij vt saltez semel esurientem animam saties: quē mox vt veniētē filius vidit: aucam ab igne retraxit et abscondit: obuiusq; patri quid quereret ingiuit: qđ pater intelligens dissimulauit ⁊ redijt: tunc filius puelle precepit vt aucam ad ignē reponat que busonē maximum pectoris berētem inuenit: qua clamante filius accurrit busonēq; nisus est excutere: buso ꝯo resilies faciem eius adeo fœtenter inuasit q̄ nulla arte deponi potuit: q̄ si pars alīq̄ monstri tangeret filius tra sensibiliter ledebat⁹ ac si in corde percuteret: cōterritus igit ⁊ cōrit⁹ diocesanū adijt ⁊ cō fessus p penitentia recepit: q̄ per oēs fines normānie ⁊ gallie circūiens: euentum rei populis enarraret. ⁊ sic omnes parētes ⁊ filios exemplo suo plenius informaret. tandē sācto rum q̄rūdā pcib⁹ liberanī: ⁊ subito disparuisse fedū monstruz audiuim⁹. Ad laudem dei.

¶Quō debent ali parētes a filijs ⁊ puideri/ac ecōtra quō filij ēt debēt a parētib⁹ ali ⁊ puideri.

Sermo. V

Honora patrem tuum ⁊c. Ad b euidentiā aūt eoꝝ q̄ tacta sūt in pcedenti sermone q̄ri pt. Que sint onera q̄ pater p filio subire tenetur saltē nōdum emācipato: Ad h̄ rñdet Jo. an. in additiōib⁹ speculi sup rubrica: q̄ filij sūt legitimi: q̄. cuj⁹ sunt onera q̄ pr̄ p filios hmōi subire hz. ¶ Primū est alimētoꝝ pstatio ⁊ educatio. Secūdū ē q̄ illis q̄rat cōiuges vt puideat ꝺ alio statu scz ecclīastico vt religioso. Tertiū est q̄ dotē vel donationem ꝓpter nuptias tribuat. Quartū ē q̄ in iudicio p ill⁹ agat ⁊ pſentiat: Quintū ē vt ipoꝝ tutelā gerat. Sextū vt onera nurus subeat: Septimū vt sibi debitū subsidiū bonoꝝ reliq̄t. Octauū vt q̄ testat⁹ eos instituat vel exhereden: alias nō valeret. Nonum vt ex fructib⁹ aduenticioꝝ sūptus litigiorum faciat. Decimum q̄ illos sub casuali vl mixta conditione non instituat. Undecimum vt ipsoꝝ bona administret ⁊ regat. Duodecimum vt in adeunda ex eoꝝ actib⁹ vel ꝓtractibus actione: q̄ iussu teneat vl q̄ ratum habeat. Tredecimum q̄ in adeūda hereditate p filiū iussum pstet vl pmutat. Decimūq̄rtum q̄ plerūq; paterna pietas ꝓsilū capiat ꝑ liberos suos Quib⁹ premissis tam ꝓncipale scōm est prosequendū scz quō filij obligant ad pēnum sustentationem. q̄ pceptū istud nō solū intelligitur de reuerēna pentib⁹ exhibēda: ꝫ etiā de necessitatibus ⁊ alimētis corpalib⁹ mistrādis dūmodo patēr indigeāt. ¶ Primo igit q̄ri pōt quid in alimētoꝝ appellatiōe ꝓtineatur Ad h̄ dicēdum q̄ i alimētoꝝ appellatiōe cōtinentur oia ad vitā necessaria: puta cibaria: vestes: habitatio ⁊ similia: q̄ sic talib⁹ corp⁹ ali nō pōt. h̄ pater: x. q. j. c. epus. in glo. ⁊ plenius in spe: d: fi. sint legi. §. j. i pn: ꝓuidē etiam i ea ad medicinam egroto necessaria: vt in spe d fi. sint legi. §. j. in pn. ꝑ. ꝫ nunqd is. Et oia alia q̄ homi natura demōstrat cē necessaria: verūtñ alimenta q̄ pstari debent siue de iure siue de bois dispositione pstanda sunt. sm facultates eius⁹q; eadē habz pstare: vt ptz extra de eo qui duxit i matri: quā pol. p adul. c. cum haberet: in tex. ⁊ glo. Scōo queri pōt: vtrum ergo teneatur pater pstare filijs spurijs vel

alijs illegitimis alimēta pſertim cū extra q̄ fi. ſint legit:c. venerabilē dicit tex. in fine q̄ ſecula res leges non ſolū repellūt tales a ſucceſſiōe paterna:ſz etiā negāt eis alimēta:z allegat ibi glo. leges. Ad ꝟ dicēdū q̄ lex canonica eā ꝓz benigna ꝓſiderauit tales illegitimos ñ eē in culpa vt ptz. lvj. di. c. naſci. z fm glo. i ꝟ cōcordat iuri naturali fm q̄ dicimus: q̄ liberoꝝ p̄creatio z educatio ab inſtinctu nature p̄cedit vt. ſ. di. c. ius naturale. z iō debēt ali. Jn ꝟ ḡ caſu rigori iuris ciuilis eq̄tas canonica p̄ferenda eſt: vt dicē glo. in. c. cū haberet: extra de eo q̄ dux. in ma. quam pol. p adul. Et q̄rit ibi glo. nūq̄d de iure canonico tales illegitimi ſuccedent in bonis:z rñdet q̄ nō: q̄z lz ꝟ decretalis mādat eis alimēta p̄ſtari: nō tñ eos legitimat aut vocat ad ſucceſſionē patrꝫ. vt ꝟ clā. deſpō. c. vl. ¶ Prouide q̄ri p̄t. Cum filij ſpurij de benignuate canonica p pentes alij debeāt: apud quē illud cōpleri debeat. Ad ꝟ rñdet glo. in dicto. c. cū haſſet: q̄ filius minor triēnio debet ali apud matrē: maior ꝟo triennio debet ali apud patrē z allegat. C. de. pa. po. §. nec filiū: ꝟ etiā ptz extra de ꝓuer. infide. c. vl. i ter. z glo. q̄ tñ apud matrē filius minor triēnio ali debet: itelligit Alan⁹ q̄ñ mater habet eū lactare: ſi tñ ꝟ nō deceret: puta q̄ nobilis eſt: vel ſorte poſt diuortium ē pfeſſa vel monaſterium ingreſſa: tūc apud patrē debet ali. i. expēſis patris: de iure enim eſt q̄ mater lactare ꝺ ber filiū p̄opt̄ijs verbibus: vt ptz. v. di. c. ad eius: ſi tamē eſſet cōſuetudo q̄ alteri tradere tur ad lactandū z p ꝑis ſcandalū eēt ſi mr̄ eū lactaret: vel ſi ſubeſſet alia legitima cauſa p̄ pter quam mater eū lactare nō poſſet: putat Baſpar de cbalō. eū lactādū expēſis patris. ℬ Quarto p̄terea q̄ri p̄t an aliq̄ caſu p̄ recuſare p̄t ne filiū alat: Ad ꝟ rñdet glo. in dicto. c. cum haſſet: q̄ ſic ex cauſa iuſta: puta ſi filius patrem accuſauit z allegat in argumētum. l. ſi q̄s a liberis. §. ſi quis ex bis. ff. de. lib. agno. qō verum eſt ſiue fuerit accuſato ſcrā de crimine capitali: ſiue etiam ex delatōe p̄ graue diſpendium paſſus ſit. Sc̄do ſi minor ē triennio filius: z ſupeſt mr̄: quē caſū intelligit dictum ē iam ꝺ lactante. Tertio ſi pater eſt inops z mater abundat. Quarto ſi eſt ſpurius z ꝟ de iure ciuili: ſecus ꝺ iure canonico vt dictum eſt z hi q̄tuor caſus colligūt ibidē ex glo: Hoſt. aūt extra ꝺ ꝓuer. infide. c. ij. addit duos caſus. Primus q̄ñ commictit ingratitudinem ꝑ patrē. C. de alen. libe. ſi patrem. z cauſe ingratitudinis notāt m. c. q̄ntauallis: de iureiur. in glo. z videbitur infra cum aget de exheredatione: vñ caſus ille multū generalis ē z plures cōplectit: q̄z ex ꝺb⁹ cauſis p̄ filiū z filius patrē exheredare p̄t: ex eiuſdē etiā alimēta denegare p̄t. vt no. Bar. in tractatu de alimētis. in l. ſi q̄s a liberꝫ. §. ſi q̄s ex bis. ff. de libe. agno. Sc̄do ē ſi filiꝰ bz artē vt ſcit artē vnde viuat. ff. de lib. agno. l. ſi q̄s a liberis. Deniq̄ fm Bar. in tractatu de alimētis: ſocer tenet alere nurū inopē: z allegat. ff. de li. ag. l. ſi q̄s a liberis. §. nō tñ: ſilr fratrem frater alere tenet vt. l. mutuus. §. manente. ff. ꝺ iur. doct. Silr mō beres extraneꝰ filij tenet alē patrē vt ibi notat. p. l. ſi q̄s a liberis. §. parens. ff. de. libe. agno. Sic etiā monaſterium alere tenet patrē monachi eū ſit ſuus beres cuiuſdam ſemimontij: vt aut. ſi q̄ mulier. C. ꝺ ſacroſanctis eccleſijs. Tutor ꝟo pupillo denegare alimenta non ſolum incidit iuſtā cauſam remouendi ſed etiam puniendi. vt. l. ſi. ff. vbi. pu. edu. de. et lege tutor: qui alimenta. ff. de iur. tu. z vaſallus vt dicit ibidem Bar. tenetur alere dñm egenū: alias feudū poſſit ei licite auferri ꝓpter denegationē alimētoꝝ: vt extra colt: ꝺ wramēto fideli. c. j. Deniq̄ ſacerdos tenet vxoꝛ z filios de eccleſie ſue bonis alimenta p̄ſtare ſi non habent aliunde. vt ptz xxj. di. c. oino. in glo. ibi tamē loq̄t de vxore z filijs nō aūt ꝺ cōcubia: vide tex. z glo. Barius multo magis vxorem alere tenet q̄ñ dotē habet: quia dos ſeruire debet oneribus matrimonij: q̄ ſi dotem non habet nihilominus eā nutrire tenet. ſi ꝟo opaſ: z idē etiā inhere deviri matrimōio ſoluto: vt nota. in. l. ſi p̄gra: ff. de op. li. Si ꝟo nō opaſ viro tūc nō obligatur ad eā alendā: niſi furore detentū: vel niſi maritus eā expulerit ſine cū rōnabili: q̄z tunc p eā non ſtat q̄ minus operetur. q̄ ſi p̄ z filius egeant dicit glo. in dicto ca. cum haberet: q̄ mater alere tenetur virum z filium ſi facultas ſubeſt: vt in. l. ſi quis a liberꝫ. §. vlt. z. l. penul. ff. de li. agno. q̄ leges dicunt q̄ mater z auus maternus alteret filium ſi pater nō ſupeſt aut egens eſt. Dicit enim Bar. in primo tractatu: q̄ tutor tenet alere matrē vt ſororē pupilli egentē: vt in. l. j. poſt p̄n. ff. de tu. z ra. dis. Silr ſi tutor pauper eſt nec habet vnde ſe alat: p̄t alere ſeipſum de bonis pupilli: ſi dives eſt et abundat: vt in. l. j. §. ſi pupillus. ff. de tutelis z ra. dis. ¶ Quinto autem queri poteſt po

natur casus: pater carnalis est ifidelis vel impius: ⁊ alter extraneus est fidelis ⁊ iustus ⁊ equaliter egent: nec filius dare sufficit vtriq; cui potius subueniet: p̄sertim cū dicit Eccle. xij. Da bono ⁊ ne recepis pctōrem: bn̄fac humili ⁊ ne dederis impio. Ad h̄ dicendū q̄ in ista questiōe doctores ɔtraria sentiūt. Quidā em̄ dicunt q̄ in hoc casu p̄ponendus est extraneus ꝓpter auc̄tes inductas: ⁊ ad hoc facere videt. lxxxvj. di. c. nō satis. in tex. ⁊ glo. dicit eni Hiero. q̄ in pauperib; non tā pauptas q̄ religio est attendenda: vt ptz. xvj. q. j. c. qm̄ quicq̄d. Idem Am. sup illud: ordinauit ī me cha. dicit em̄ q̄ p̄mo diligendus est deus: scd̄o parentes: tertio filij: postea domestici: qui si boni sunt malis filijs p̄ponendi sunt. Nimirū cum ph̄s dicat: viij. ethi. q̄ amicitia pfecta est q̄ est propter virtutē: ⁊ q̄ multi doctores in cōtrariū sentiunt: ideo dicit Petrus cōmestor: hāc q̄stionē esse nebulā ⁊ tenebrosam aquā in nubibus aeris. Distinguēda est igit̄ hec questionam si loquimur de affectu dilectionis: tunc plus tenemur bonis extraneis q̄ malis ꝓximis: ⁊ sic auctoritas Amb. intelligenda est: q̄ magis debemus diligere bonos extraneos q̄ malos ꝓpinquos. Si vero loq̄mur de corporali subuentiōe in necessarioꝝ exhibitione: tunc si extraneus bonus ⁊ fidelis magis indiget vtiq; p̄ponendus est patri minus indigenti: vt ptz. lxxxvj. di. c. pasce fame morientē: si nō pauisti occidisti: q̄ si equaliter indigent: tūc dicit glo. iij. di. c. j. dicas q̄ patrē qualiscunq; sit debemus extraneo p̄ponere: etiā sancto ī his que spectat ad opus misericordie: scz in necessarijs ꝓuidendis: cuius ratio est s̄m Hein. boyc: q̄ cū exhibitio nutrimenti sit de iure naturali primeuo: cōmuni oibus aīalib; : s̄m q̄ nō est querendū q̄s fidelis sit q̄s infidelis: q̄ nec hec aīalia discernere scirent. Ergo q̄ iure patrem cognosco: eodē scz subueniendū iudico ⁊ ip̄m in p̄misso casu cunctis p̄fero. Preterea si pater malus est alia rōne videt̄ sibi magis subueniendū. q̄ si moriat̄ aīe piculū īminet: si viuat sperandū est de miscd̄ia dei: qui non vult mortē peccatoris: ⁊ q̄ non venit vocare iustos sed peccatores. Hec etiam fuit opinio Host. ⁊ Gof. ⁊ Ray. Tho. aūt. scd̄a 2ᵉ. q. xxxj ponit adhuc aliā rōnem dicens: q̄ nullius benefactoris beneficiū est tm̄ sicut patris vl̄ parentū. Et ideo parentes in recōpensandis beneficijs: sunt oibus alijs p̄ferendi: nisi necessitas ex alia parte p̄pōderaret: vel aliqua alia cōditio: puta cōmunis vtilitas ecclesie vel reipublice: cū enim bonū cōe multoꝝ diuinius ē q̄ bonū vnius: dignū est virtuosuz q̄ q̄s pro bono cōmuni reipublice spūalis vel tpalis etiā propriā vitā exponat piculo. Sed in ceteris pentes oibus sunt p̄ferendi: ceteris paribꝫ Et lz ɔtradictū est q̄ pentes debēt thesaurizare filijs: ⁊ nō ecōuerso: tn̄ in extreme necessitatis articulo: magis liceret deserere filios q̄ p̄entes: q̄s nullo mō deserere licz ꝓpter bn̄ficiorū susceptoꝝ obligtaionē: vt ptz p ph̄m in. viij. ethi. hec Tho: ɔcordat Pet. sup. iij. dist. xxix.

¶ Sexto ɔsequenter queri pōt de patre q̄ lapsus est in heresim: vtrū filius debet illū accusare ⁊ prodere vel occultare ⁊ alere. Ad h̄ rn̄det Asten̄. ⁊ Alex. an. q̄ pater heretic⁹ aut sibijpsi tantū officit: vt pote qn̄ est occulte: nec alicui p illā inficere q̄rit: ⁊ tunc debet occultari ⁊ ali: aut etiā alios sua praua doctrina corrūpit ⁊ tunc tenet̄ filius accusare patrē cuius ratio est: q̄ tenet̄ honorē patris celestis p̄ferre honori patris carnalis: vn̄ pater carnalis q̄ de honorez patrē celestem nō est sustentādus. Sed filius in eo casu ɔsideret illud euangelicum. Qui diligit patrē aut matrē plus q̄ me nō est me dignus: vn̄ Deu. xxxiij. dicit̄ q̄ i laude leui. Qui dixit patri suo ⁊ matri sue nescio vos: ⁊ fratribus suis ignoro illos ⁊ nescierūt filios suos: hi custodierūt eloquiū tuum ⁊ pactum tuū seruauerunt: ⁊ hoc cōtigit quando iussu Moysi interfecerūt idolatras chorizantes ⁊ zelati sunt zelū dn̄i: vt ptz in Exo. ¶ Septimo insup queri pōt cū s̄m legem canonicā filius spurius ali debeat a parentibus: vtꝝ g̃ pater aliq̄d possit legare filio spurio pro alimētis. Ad h̄ Barto. ff. de his qui vt indigni. l. fi. rn̄det. q̄ sic: p litterā: extra de eo q̄ dux. in ma. quā pol. per adul. ca. cū haberet: vbi papa p̄cipit q̄ talibus a parentib; debet fieri ꝓuisio necessitatū: s̄m q̄ parentibus suppetunt facultates: dūmodo tamē nō leget eis īmoderate. Poterit etiā sic legare pro alimentis in vita filij: q̄ post eius obitum legatum cedat filijs filij. Itē tenet Baldeuomus. C. de sacrosanct. eccle. j. Et idem dicit Barto. in dicta. l. fi. de dote. quia pater pōt legare filie spurie ꝓ dote eadem rōne: qd̄ nota singulariter: quia sepe accidit: ⁊ licz leges ɔtradicāt q̄ tales nō solum repellūt a successione paterna: sed etiā negant ipsis alimēta: vt ptz extra q̄ fi. sint le. c. per venerabilē: in fi. qd̄ inductū est de rigore iuris ciuilis in de testatione criminis: vt dicit

glo. in dicto. c. cū haberet: tñ valebūt legata p̄ missa etiā in terris q̄ nō sunt eccl̄ie: q2 vt dicit ibidē. glo. ad fi. hoc ius p̄ferr̄ ciuili: q2 innitit iuri naturali: eo q̄ educatio filioꝝ est de iure naturali. ¶ Qd̄ si querit: vtrū ergo mulier posset filios de adulterio susceptos sibi successores heredes instituere. Ad hoc dicendū q̄ sic q2 q̄ liber pōt sibi heredē instituere eū qui non prohibet: seruata semp̄ legitima p̄te liberis suis. De qua legitima videbit in s̄mone scd̄o sequenti. Verūtñ vir legitimos habēs filios si viuente vxore ducat aliā scientē illud impedimentū: ꝛ ex ea filium vel filios habeat. s̄m Guil. tales filij adulterini non p̄nt pari succedere in hereditate: sed tenent restituere totam hereditatē filijs prioris matrimonij: cū oībus fructibus mala fide ꝯsumptis: q̄tumcūq̄ oporteat eos egere vel mendicare: nisi bona fide cōpleta sit legitima p̄scriptio: maxīe si etiā post completā p̄scriptionē retinet bonā fidem tunc eīn non tenentur: ꝛ sic tales filij tanq̄ in pessima conditione geniti ab oīm hereditate excludunt: posset tñ eis aliquid in testamento legari: imo debet eis fieri alimentoꝝ prouisio vt in dicto. c. cum haberet: vbi ponit idem casus: nam licet parentū malicia non noceat filijs quo ad deum tamen ad puniendū crimē parentū filijs nocet quo ad penā temporalē. Exemplū primi: dicitur eīn di. lvj. c. nunq̄ de vitijs erubescamus parentū: sed vnū illud q̄ramus ꝛ semper amplectemur scz virtutem ꝛ hmōi: etiā si alienigenā habet matrem: etiā si fornicatione pollutam ꝛ quolibet hmōi de decore sordidatam: nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur aut crimine polluetur glo. ibidem hoc vult dicere: q̄ ille qui nat⁹ est de parentib⁹ prorsus alienis a virtutib⁹: dum tñ ipse sit bonus melior est q̄ ille qui natus est de bonis parentib⁹ cū ipse sit malus: ꝛ ibidē. c. na sci. vbi ponit ꝯuenientem similitudinē: vide si placet. Exemplum secundi ponit. vj. q. j. c. si q̄s. vbi narrat lex imperatoꝝ Honorij ꝛ Archadij: q̄ talis est: q̄ si quis inierit conspirationem aut susceperit vel dederit conspirationis sacramentū: de nece viroꝝ illustriū q̄ sunt in consistorio imperatoꝝ. vel etiā senatoꝝ viroꝝ vel etiā imperatoribus militantiū: hic inquā ac si actu perfecerit maiestatis reus gladio feriatur: bonis eius fisco imperatoris additis: filijs aūt eius vitā imperatoria lenitate ꝯcedunt s̄ a successione oīm proximoꝝ habent alieni: nec aliqua testamenta recipient: sed ꝑpetuo egentes paupes ꝛ īfames erūt: vt sit eis mors in solaciū ꝛ vita in suppliciū nisi reuelassent illam conspirationē: hec ibi. Ad laudem dei.

¶ Quomō filij spurij ꝛ similes succedunt parentib⁹ in testamento vel ab intestato: ꝛ quō non: ¶ Sermo vi. Onora patrem ꝛ matrem ꝛc.

b Occasione eoꝝ que tacta sunt de successione filioꝝ illegitimoꝝ in testamento parentū vel ab intestatio. ¶ Queri pōt: vtrum oīes filij illegitimi: cū legitimis matri saltem nō illustri succedere p̄nt: ꝛ q̄ sic videt per. ff. vnde cognati in le. hac p̄te: ꝛ i. l. si spurius: ꝛ in. l. modestinus: ꝛ. ff. de. inoffi. testa. in. l. si suspecta. §. de inofficioso. nam oīs filius illegitimus est: nisi ex iustis nuptijs susceptus sit: videt ergo q̄ oīes illegitimi q̄ q̄ a paterna successione repellant: vt in aut. quibus mo. na. effi. legit. §. vlt. coll. vj. ꝛ in. ca. per venerabilem: in fi. extra: qui fi. sint leg. vbi dicit: tales scz manseres ꝛ spurios s̄m leges esse priuandos successione paterna: nō tamen dicit materna vt patet per iura p̄allegata: q̄ nedū filiū naturalem tm̄ ex cōcubina ꝑcreatum ad matris successionē admittūt: sed etiā spurium: vt in predictis iuribus clare patet: ꝛ huic opinioni satis assentire videt Hosti. in sūma in ti. qui fi. sint le. in. §. an vtrumq̄ genus succedat. in fi. ¶ Ad decisionem aūt questionis huius: videndū est de differentia filioꝝ illegitimoꝝ: Primo nanq̄ filij quidē sunt illegitimi: qui dicunt naturales tm̄ scz qui nati sunt de legitima cōcubina: q̄ in domo tenet quasi loco vxoris vnica: vt p̄tz extra de renūciatione. c. nisi. cū p̄dem. §. p̄sone: in glo. ¶ Pro q̄ sciendū q̄ leges p̄miserunt vt q̄s vnā cocubinam habere possz nec ei penam imponunt ex tali coitu: dūmodo tamē talem teneat q̄ de iure posset esse cōubina: in qua quidem multa concurrere debent s̄m Petrum de vnzola super tractatus notularum. Primo q̄ nō sit virgo: quia stuprū in virgine committitur: vt. ff. ad. l. iuliam. de adul. ꝛ stu. l. inter. §. libertas: quod punitur per. l. vt instit. de publice. iud. §. item lex. in fi. §. Potest tamen assumere virginem in concubinam absq̄ legis punitione: si prius protestaretur q̄ eam in concubinā habere velit: maxime si est de vili genere: q̄ si non protestatur: tunc haberet illam accipere in vxorem ꝛ si recusaret de stupro pu-

niret.vt.ff.de.ꝓcub.nis.l.iij.ꝛ.fm hoc natura lis dicit natus de cōcubina q̄ in domo tenet quasi loco vxoris vnica vt ō: in glo.extra de renū.c.nisi cū pudē in.§.pſone.Sed nō debet eē vidua honeste viuens qz ſtupꝛ etiā in tales cōmunit.vt.l.penalleg.ſi libertas.ꝛ.§.ite ler.n.ſi ſpēaliter preſtet q talē viduā in cōcubinā habere velit:inboneſtā cū fine ꝓeſtatione poſſet in cōcubinā accipe:vt.ff.de ꝓcub.l.j.§.ꝛ puto.§.qui aūt.Tertio nō dz eē aff.nis nec ſanctimonialis:vt.ff.de.ꝓcub.l.j.§.ſi q̄.ꝛ l.penul.Quarto ad h vt poſſit habere cōcubinā.non debet habere vxorem nec ipſa vir vt.ff.de cōcub.l.j.Quinto ſicut nō poteſt habere duas vxores:ita nec duas concubinas. Sexto retinere debet indubitato affectu ꝛ in domo.vt in auc.quib⁹ mo.na.effi.ſui.iuſ.Septimo concubina talis eſſe debet que poteſt eſſe vxor:vt in auc.vt li.ma.ꝛ ante.§.ad hec. Qui g̃ talem mulierem ſibi aſſumit in concubinam:extra penam legis eſt:licet non ſit extra penam canonis:eo q canō omnem fornicationem damnat:vt plene notatur per Jo. an.in.cle.de hereſ.ad noſtrum:circa medi: ꝓ.vij.ſicut nec iure diuino permittitur. Filius igitur qui de tali muliere naſcitur naturalis tantum eſt ꝛ talis filius ab inteſtato ſuccedere nō poteſt in bonis paternis.ſi pater alios filios legitimos vel nepotes.i.filiorum filios habet. Nec pater teſtamentum faciens tenetur talem naturalē inſtituere:nec aliquid relinquere ſm leges:niſi velit.poteſt tamen illi prouidere ſi voluerit eo modo qui ponetur in ſermone ſequenti in ſeda queſtiōe. Verumtamē in bonis maternis filius naturalis tantū ſuccedit cum legitimis filijs ab inteſtato.vt.C.ad ſenatuſcō.orfi qua.ꝛ extra de renun.c.niſi cū pudem.§ pſone:in glo.Jus vero canonicum quod multum agit tales naturales admittit inſtitutionem ipſius hereditatis:ſaltem in aliq̄ parte ſalua dumtaxat filijs legitimis portione legitima qui ſine cauſa ex heredari non poſſunt:de qua portione videbitur in ſermone ſequenti.cui etiam portioni nullum grauamen imponi poteſt in legando.vt.C de inoffi.teſta.l.omni modo:ꝛ duabus legibus ſequentibus:cetera tamen legare poteſt in teſtamentum ad pias cauſas vel etiam alienis. Et ſi quis teſtatorem prohibere voluerit ab hereditate.ſm leges erit repellendus.vt.C.ſi:quis autem aliquem teſtari prohibuerit.l.j.generaliter tamen omnes filij dicuntur naturales tantum.qui de ſoluto ꝛ ſoluta procreantur: inter quos tempore conceptus poterat eſſe verum matrimonium nulla lege prohibitum et tales ſimiliter a ſucceſſione materna non repelluntur.nec per leges nec etiam per canonicas ſanctiones. Unde dicit Jo.fa.inſtit: ad ſenatuſcon.orphi:in.§:nouiſſime:q nec ꝓpter iura canonica que reꝓbat concubinatum repelluntur naturales a ſucceſſione materna.dummodo non fuerint nati ex damnato coitu. Secundo quidem filij dicuntur mēſeres ſcilicet illi ꝓpter ꝙ qui de ſcorto nati ſūt.

℣ Tertio quidem filij dicuntur ſpurij qui nati ſunt de profeſſo vel profeſſa :vel etiam de his quibus nubere non licet. Quarto quidem filij dicuntur nothi:ſcilicet qui de adulterio nati ſunt:ſicut ei notha dicitur febris que affligit ſicut quartana.et tamen non eſt vera quartana:ſic nothus qui vere videtur filius et tamen non eſt.hec patent extra de renun.c. niſi cum pridem.in.§.perſone in glo.generaliter tamen omnes ex coitu damnato ꝓcreati ſpurij plerumq̄ vocantur :ꝛ omnes tales ſm rigorē iuris ciuilis ab omni ꝓrſus bñficio excluduntur.vt.C.de natu.liberis:ꝛ matrum auc.licet patri.vnde tales nec dicūtur legitimi:qz nec de legitimo coitu ſunt:ſed de inceſtuoſo nephario vel dānato:nec etiam dicuntur naturales de ficte iuris.quia iura fingunt naturam non eſſe cooperatā:vt in auc. quibus mo.natu.effi.ſui.iuſ.§.ſi.vnde ſm leges tales filij non ſolum repelluntur a ſucceſſione paterna:ſed etiam negātur eis a patre alimenta:vt in dicta auc.licet patri.ꝛ.C.de inceſtu.nupt.auc.ex complexu:q̄ inducitur ē de rigore iuris ciuilis in deteſtationem criminis:vt dicit glo.c.cum haberet:extra de eo q̄ dux in ma.quā pol.per adult. Jus tamen canonicū rigorem illum mitigat in eodem.c.cū haberet:dicens. Sollicitudinis tamen tue ſtetterit vt vteroꝙ liberis ſuis ſm q eis ſuppetunt facultates neceſſaria ſubministret:ſuper quo dicit glo. Hoc ēm q̄ dicit hic intelligit de benignitate canonica que rigorē ſumit a iure naturali:nā educatio liberoꝙ ē ō iure naturali :vt patz.j.di.ius naturale:vñ ius iſtud ꝓfert cum:hec glo:De hoc etiam patz.ff.de lib.ag.ſi quis a liberis.j.Rñi.et.§.ſi quis:et C.de alen.li.ſi.competenti.ꝛ.l.vi. Dicendum igit q ſoluz illi legitimi:ſiue ſint ſpurij ſiue alij non tamen nati ex coitu damnabili: quātus

non patri tñ matri succedunt cum alijs legitimis nisi mat esset illustris: sicut tenẽt glose ordinarie iuris ciuilis. C. ad senatusco. orph. in le. si q̃ illustris. Et cõuenit doctores in eadẽ lege tenẽt cum glosis. Sic etiã tenet glo. insti. ad senatusco. orph. in. §. nouissime ⁊ etiã i dicta. l. si suspecta. §. j. ⁊. ff. de inoffi. testa. q̃s glosas cõiter oẽs doctores sequũt. Odoff. Alb. ô rosat. Ly. Bar. ⁊ Bal. i dicta. l. si q̃ illustrẽ. Spec. etiã ita tenet in titulo de successiõe ab intest. circa mediũ. ỹ. sed nunqd spuriꝰ nã qñcũq; coitꝰ est q̃ natꝰ ẽ spurius pot de incestu vl adulterio accusari: scz ipa mater. tunc tal filius ei non succedit: qõ etiaz sanis sentire videt ibidẽ Jo. an. i addiẽ. sic etiã tenet Jo. fa. in dicto. §. nouissime: addiciẽs q̃ nec ꝓpter iura canonica q̃ reprobãt ꝓcubinatũ repellũt naturales dũmo ñ fuerint nati ex dãnato coitu: vñ generaliter tenendũ ẽ fm Pe. ô vnzola sup tractatu notulaz: q̃ sicut filij ex dãnato coitu de rigore iuris ciuilis nõ succedunt patri: neq; ex testamẽto: neq; ab intestato: q; nec pot eis ex testamẽto aliq̃d relinq̃re: nec iure institutionis nec etiam iure legati: vt in auct. q̃ bus. mo. na. effi. sui mũ. §. fi. sic etiam matri nõ succedunt: nec ex testamento nec ab intestato si nati sunt de tali coitu qui possit accusari de adulterio: secus tamen esset si de coitu nõ dãnato nasceretur: vt in filio in meretricio nato seu vulgo conceꝑto: quia tunc succedunt matri cum legitimis filijs nisi mater esset illustriz ⁊ a matre ⁊ ascendentibus per matrem debent institui vel heredari: cum causa legibus approbata: vt institu. ad senatusco. orphi. §. nouissime: ⁊ in dicta. l. si suspecta. §. j. Et autẽ plenius innotescat detestatio criminis huius in iure ciuili sciendum q̃ fm leges tali spurio nihil relinqui potest nisi alimẽta: etiam si relinquatur ꝓ anima nisi pater reliquerit tali filio sub hac condicione. s. si monasterium ingrediatur tunc enim tenet relictũ qõ ẽ singulare dictum: vt. C. de sacrosan. ec. l. j. Nec etiã spurius eligi potest inter pauperes per executoꝛez a patre datũ nec etiã p epm: nisi quo ad alimenta. ⁊ si vltra sibi conferꝛ: pot epus recusare. Nec etiam pscribere pot longo tpe: qõ recipit ab eo vel testa: oze lege prohibente: quia titulus est a iure reprobat: ꝓpter fidem tamen bonã ex auctõe supioris presumptã: bñ prescriberet spacio. xxx. annoꝛum. vt. C. ô epi. ⁊ cle. l. id quod paupibꝰ: vbi q̃ritur: an etiam executoꝛ: q̃ si spurius ex opinione cõi legitimus reputet: heres tñ institui nõ potest adeo q̃ nec vsucapere pot ꝓpter legis interdictum vt. C. de sentẽciis ⁊ interlo omi. iudi. l. ỹ. ỹ. pone: Ratio ꝙ cur spurius institui nõ pot nec etiã illi p viã contractus cõferri pot ẽ ista: qm actus ꝓpter turpitudinẽ agẽtis reprobatus nulla cõsuetudine prouiri pot: ⁊ equiparat actui de iure diuino prohibito: sic q̃ per hominem statui nõ potest: ⁊ ideo spurio relictũ applicat veniennb ab intestato. vt. ff. de testa. le. testi factio. verũm ex q̃ testator seruans hereditas pozniõe canonica: cetera sp legar pe in testamẽtũ ad pias causas vel etiã alienis: nec inuenitur cautũ in iure canonico de legando talibꝰ spurijs q̃ ex dãnato coitu sũt. pcreati nõ video cur nõ possit etiã illis legari de benignitate canonica: dummodo tamen non leget eis immodera e: sz de hoc dictum ẽ in sermone precedenti. Qõ si obijcitur de cõstitutiõe vel cõsuetudine quarũdã terraz: q̃ scz illegitimi succedunt in bonis maternis: ⁊ plures illud intelligere volunt indistincte de oĩbus illegitimis ex quocũq; coitu etiam damnabili q̃ posset accusari: vt dictum est. Ad h dicendum q̃ tales non recte sentiũt: qz talis consuetudo sic interꝑtari debet vt minꝰ deuet a iure cõi. ⁊ nõ sit ei ꝓria quantum possibile sit: vt extra de cõsue. c. cũ dilectus: vnde et consuetudo recipit interꝑtationem a rõe iuris cõis: quãdo verba ꝓsuetudinis formaliter non repugnant. vt pbat in. c. j. §. pozro. in. fi. q̃liter olim feudum alienare poterat: coll. x. Dicta ergo consuetudo deponẽs illegitimos filios seu naturales tñ ⁊ spurios ad successionem maternam admittit: sic intelligi debz: vt magis iuri cõmuni conueniat ⁊ sit illi conformis. Ad hoc faciunt notata per Jo. an. m. c. j. de consti. li. vi. ⁊ p Bar. ff. ad. l. falc. i. l. j. i pn. sic scz q̃ nati ex damnato coitu ratione cuius mater accusari posset: repellantur ab eis successione: preserꝛtim cum spurius non sit vulgo quesitus patre scilicz incerto: sed ex patre certo: qui etiam si solt esset non extante filio legitimo matri etiã nõ illustri: minime succederet: vt clare dicit textus in. l. si illustris. C. ad senatusco. orphi. vbi etiam rationem glos. Bal. approbat: eo scilicet q̃ talis amplius est a iure accusabilꝭ: secus tamen esset de amplexu mulierum solutarum ⁊ vulgo prostitutarum. cum quo concordãt omnes doctores ⁊ ita decidit i aut. quibus mo. natu: effi. sui iuris. Ad laudem dei.

¶ De cognatiõe et successione ab intestato ac legitima portione/de bis quoꝝ ꝙ testamẽta condere possunt. Sermo: vij

Honora patrem et matrem

Bonora patrem tuū ⁊c. Expediti de actibus interioribꝫ charitatis. Jam ad prosequendū actus exteriores ipsius stilū cōuertamus: quos vt p̄senti speculationi sufficit triplices distinguere possumus: scz corpales: spūales ⁊ reales. ¶ Quantū igit̄ ad effectus corpales p̄mo queri pōt: vtrū in quātalicunq; charitate cōstitutus teneat̄ mortem subire pro christo: p̄sertim cū dicit̄. j. Johan. iij. qm̄ ille animā suam pro nobis posuit ⁊ nos debemus pro fratribꝫ animas ponere. alioquin dicit dn̄s Luce. ix. Qui me erubuerit ⁊ meos sermones corā hominibus: ⁊ filius hoīs erubescet eum cū venerit in in maiestate sua. Ad hoc rn̄det Bonauē. sup. iij. dist. xxx. q̄ subire mortē intentione placendi deo cōtingere pōt tripliciter. Uno modo qn̄ adest necessitas vel deserēdi iustitiā vel amittendi vitā: ⁊ tunc subire mortē est iustitie ⁊ necessitatis. Alio modo qn̄ se offert oportunitas manifestandi diuinā gloriā ⁊ edificandi ecclesiam: ⁊ tunc est pfectionis ⁊ superogationis. Tertio mō solum ex hoc q̄ vitā suā habet exosaz: ⁊ hoc est temeritatis ⁊ crudelitatis. Unde Aug. Illos qui semetipsos p̄focant ⁊ p̄cipitio collidunt propter vite p̄sentis odium: dicit esse sceleratissimos ⁊ crudedissimos homicidas: tractans illud Johannis. xij. Qui odit animā suā in hoc mundo: in vitam eternā custodit eā. Cum ergo querit̄ vtrū omnes teneant̄ mortē subire pro xp̄o dicendū: q̄ pro loco ⁊ tēpore vbi talis optio datur. vel q̄ iustitia deserat̄: vel q̄ vita perdat̄: ibi omnis quātūcunq; sint imperfecti tenent̄ subire mortē: ⁊ p̄eligere magis deo dilecto mori q̄ ipso offenso viuere: sed vbi non iminet talis necessitas nec talis optio datur: sed tantū offert se oportunitas manifestandi diuinā gloriā ⁊ edificandi ecclesiā: si quis se tūc morti exponit talem mortem subire pfectionis ⁊ superogationis est: ad quā non oīs tenent̄: qr citra dictā necessitatē positus subterfugere ⁊ seip̄m occultare pōt. Nec ex hoc dicitur nomen xp̄i erubescere: sed tūc tm̄ qn̄ timore mortis negat ip̄m xp̄m nec illd debitū de quo Joh. loquit̄ in auctoritate iam dicta semp est debitū necessitatis ad qd obligamur: sed est debitū cōgruitatis ad qd ammonemur. ¶ Scdo queri pōt: vtꝝ habentes charitatē perfectā teneant̄ ea q̄ sunt perfectionis adimplere: p̄sertim cū s̄m Greg. in omel. Crescentibus donis rōnes etiā crescunt donoꝝ: ⁊ cui plus cōmittitur plus exiget̄ ab eo: cui ergo cōmittit̄ perfecta charitas: cū deus exigat actū habitui cōuenientem: videt̄ q̄ ille tenet̄ ad opera pfectionis: imo ne deficiat tenetur proficere: cum nō sit mediū inter hec: eo quod in via dei non pregredi regredi est nec vnq̄ viator in eodem statu pmanet: nec videtur posse proficere perfecta charitas nisi in operibus pfectionis ⁊ supererogationis. Ad hoc respondet Bonauē. vbi supra. q̄ qn̄q; modis quis genera perfectionis distingui possunt: ⁊ s̄m hoc quinq; modis quis obligatur ad aliquid. Primū genus est pfectio iustitie ⁊ sufficientie que ꝯsistit in adimpletiōe mādatorum dei: de qua dicit̄ Matth. v. Estote pfecti sicut ⁊ pater vester celestis pfectus est Et ad hoc mandatū diuinū obligātur om̄es tam perfecti q̄ etiā imperfecti. Perfecti tamē eo magis obligant̄ de bono ⁊ equo: quo magis bonū percipiunt: ⁊ per quod diuinū mandatum implere possunt. Secundū genus est perfectio religionis que consistit in obseruantia consilioꝝ dei: de qua dicitur Matth. xix. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende oīa ⁊c. ⁊ ad hanc perfectionē quis non obligat̄: licet pfectam charitatē habeat: nisi votū religionis interueniat. Tertiū genus est perfectio p̄lationis: que ꝯsistit in regimine subditoꝝ: de qua dicitur Luce. vj Perfectus omnis erit si sit sicut magister eius: vnde propter officiū susceptū quis obligatur ad perfectionē p̄lationis: alias autem nō. Quartū genus est pfectio operationis: que cōsistit in ostensione exemplorum: de qua dicitur Gen. ix. Noe vir iustus atq; perfectus in generationibus suis: vnde licz quis non obligetur ad aliquid simpliciter vel s̄m se: tamen ad euitandum scandalū pusillorum: q̄ vtiq; graue peccatū est: vt dicit Tho. scda sc de. q. xliij. Quis obligatur ad perfectionē operationis. Hinc dicit apl's. j. Corin. viij Non manducabo carnē ineternū ne fratrem meū scandalizem. Hinciterum dicit. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Quintū denicq; genus est pfectio tranquillitatis: q̄ consistit in ꝯsumatione difficilimoꝝ optimoꝝ sicut dicitur. j. Joh. iiij. q̄ perfecta charitas foris mittit timorem: ⁊ ph's dicit: q̄ perfecta virtus optimoruz est optima: ⁊ ad hoc quis non

obligaꝛ nisi ſm ꝓscientie dictamē per qđ obligaꝛ ad pfectionē trāquillitatis ꝓpter cōscientie iudiciū: vnde generaliter ad quatuoꝛ vltima pfectionis genera ḋs non obligaꝛ in pfecta charitate existens: ꝗtum est ex obligatiōe diuini mādati: nisi supinducaꝛ aliqua noua obligatio ad hmōi genera pfectionū adimplenda. Ad obiectū igit dicendū: ꝙ homo nō tenetur semp pficere in charitate: loquēdo de pfectu qui ꝓsistit in augmento ⁊ incremēto charitatis: qꝛ charitas non auget in homine continue: sed loquendo de profectu qui cōsistit in bonoꝝ operū multiplicatione ⁊ iustitie exercitatione: sic teneꝛ quis pficere: qui tamen profectus charitatis non tm attendit in impletione consilioꝝ ⁊ operū pfectoꝝ: sed etiā in obseruantiā mandatoꝝ. ¶ Tertio queri pōt de effectibus exterioꝛibus spūalibus ipsius charitatis: ⁊ primo quo ad proximū virtum. s. correctio fraterna sit actus charitatis: pſertim cū actus cōtrarij non pertineant ad eandem virtutē: sed supportare peccantē est actꝰ charitatis. ſm illud Gal. vj: Alter alterius onera portate: ⁊ sic ad implebitis legem xpi que est lex charitatis: sed corrigere supportationi videꝛ esse contrariū. Ad hoc respondet Tho. ſcđa ſcđe. q. xxxiij. ꝙ correctio delinquentis est remediū quoddā quod ꝓtra peccatū alicuius adhiberi debet. Et qꝛ peccatū alicuius dupliciter cōsiderari pōt ſcz in ꝗtū est nociuū ei ꝙ peccat: vel inquantū vergit etiā in nocumentū alioꝝ qui ex eius peccato leduntꝛ vel scandalizantꝛ: vel etiā inquantū est nocumentū boni cōmunis: cuius iustitia p peccatū hominis perturbaꝛ: ideo duplex est correctio delinquentis. Vna que peccato remediū adhibet: in ꝗtum est quoddā malū ipsius delinquentis: ⁊ ista est ꝓpria fraterna correctio que ad emēdationem delinquentis ordinaꝛ: nā remouere malū alicuius est eiusdem rōnis cuius est bonū eius procurare: sed ꝓcurare bonū fratris ad charitatē pertinet: per quā amato bonū volumus ⁊ operamur. Hinc etiā fraterna correctio charitatis actus est: qꝛ p eā fratris malū ſcz peccatū repellimus: cuius remotio tāta est deo acceptioꝛ ⁊ fratri salubrioꝛ ꝗ remotio exterioris dāni vel etiā corpalis nocumenti: quanto ꝓtrariū bono virtutis magis est affine charitati ꝗ bonū corpis vel exterioꝝ rez. Ex quo concludit ꝙ fraterna correctio magꝭ est actus charitatis ꝗ curatio corpalis infirmitatis: vel exterioꝛ subuētio fraternalis egestatis: ⁊ pertinet ad oēs: fitq; per simplicē ām monitionē. Alia vero correctio est q̄ remediū adhibet peccato delinquentis: ſm ꝙ est etiam malū alioꝝ ⁊ ꝓcipue nocumentū boni cōmunis: ⁊ talis correctio est actus iustitie: cuius est seruare rectitudinē iustitie vnius ad aliū: per quā intendit cōmune bonū: ⁊ pertinet ad superioꝛes: qꝛ non solū fit p simplicē ammonitionē: ꝙ etiā interdū per punitionē: vt alij timentes a peccato desistant. Ad obiectū ergo dicendū: ꝙ correctio fraterna nō opponitur infirmoꝝ supportationi: sed magis ex ea ꝓsequit: intantū enī aliquis supportat peccantē: in ꝗtum cōtra eum nō perturbat: sed p benīuolentiā ad eū seruat. Preterea sicut fraterna correctio ē actus charitatis: sic etiā alia opera misericordie spūalis: vt ꝓsulere dubitanti: docere ignorantē: ꝓsolari tristem: offendenti remittere: onerosos ac graues supportare: ⁊ pro omnibꝰ orare: sed qꝛ de his septem generibus elemosyne spūalis diffuse satis in septem sermonibꝰ tractasse me memini: in sermonibus de tribꝰ partibus penitentie: ideo de his ꝓsequi gra breuitatis omitto. ¶ Quarto queri pōt: vtrū cū quantulacūq; charitate resistere ḋs possit quantecūq; tēptationi: pſertim cū gratia quā tumcūq; modica potentioꝛ est ⁊ excellentioꝛ ꝗ natura: sed homo in statu innocentie ꝓstitutus in puris naturalibꝰ quātecūq; tēptationi resistere poterat ꝗtomagis in quantulacūq; charitate vel gratia ꝓstitutis: alioquin si quā tecunq; temptationi resistere nō posset: tūc in eo nō peccaret qđ euitare nō posset. Ad hoc rñdet Bona. sup. iij. dist. xxx. dicens inter alia ꝙ si loquimur ꝗtum ad tēptationis exordiū: tunc quantulacūq; charitas quantecunq; tēptationi resistere potest: qꝛ vt dicit. j. Corin. x Fidelis deus qui non patietur vos temptari super id quod potestis: sed facet cū temptiōe prouentū vt possitis sustinere: deus etiam homini habentem charitatē: nunq; deserit: nisi prius homo recedat a deo: quin potius ſm ꝙ augeꝛ temptatiōis bellum operaꝛ etiam dꝰ charitatis augmentū: vnde quantūcunq; sit modica charitas in homine: nunq; pōt ꝓtus eius ab aduersario deiici: qꝛ ſm ꝙ crescit bellum crescit adiutoriū: si hō faciat qđ in se est. Si vero loqmur de tēptatione ꝗtū ad ꝓsummationem victorie: sic non pōt esse ꝙ ex modica charitate ḋs resistat temptationi maxie: nā ordo diuine iustitie non patitur quin ex victoria magni belli fiat ampliatio meriti: vnde ꝙ

ista duo non contradicunt sed simul stant: possibile est quod ex parua charitate in principio tēptationis et magna in fine resistitur magne tēptationi: et iterū possibile est quod ex parua charitate i principio et fine nō resistitur magne tēptatiōi. liberū enim arbitriū adiutū adiutorio gr̄e: ex vna pte: et ex alia corruptū vitio cōcupiscēne. cū in illo p tēptationē excitat ipetus cōcupiscentie: sm quod magis ac magis fortiter excitat: sm hoc indiget maiori repssiuo: sed oīs q̄ legitime certat quāto magis excitat in eo ipetus tēptatiōis tāto magis accrescit virtus resistendi adeo quod nunq̄ deus sinit nos tēptari supra id quod possumus sustinere et resistere.

¶ Quinto queri pōt de effectib⁹ exterioribus realib⁹ ipsius charitatis: q̄ sunt beneficētia et elemosyna. Unde q̄ri pōt: vtrū beneficētia sit actus charitatis: p̄sertim cū oē qd̄ q̄s dat: vel dat sicut debitū: vel sicut nō debitū. Beneficiū aūt qd̄ ipendit sicut debitū ptinet ad iusticiā: qd̄ ꝟo ipendit sicut non debitum gratis datur: et sm hoc pertinet ad misericordiam: ex quo concludit quod omnis actus beneficentie vel est actus iusticie vel misericordie: nōn est igitur actus charitatis. Ad hoc rñdet Thom. scda scde. q. xxxj. quod beneficētia nihil aliud importat q̄ facere bonum alicui: sz hoc bonū considerari potest dupliciter. Uno mō sm cōmunem rationē boni: et hoc pertinet ad rationem beneficētie: et est actus beneficētie et est actus amicitie: ac per consequēs charitatis in actu nanq̄ charitatis includitur bonitas siue beniuolentia: p quam q̄s amico vult bonum: voluntas autem effectiua est eorum qua vult si facultas assit: et ideo ex consequēti amico benefacere ex actu dilectionis consequitur. Hinc beneficentia sm communē rationem boni est amicitie vel charitatis actus Unde Bern̄. in hoc differunt iusticia: beneficentia: iusticia et misericordia q̄ beneficentia que est actus amicitie seu charitatis: respicit in beneficio collato cōmunē rationem boni: iusticia vero respicit ibidem rationem d̄biti. misericordia denique respicit ibidem rationem releuantis miseriam vel defectum. verū tamen beneficentia nō est alia virtus a charitate: sed tantū nominat quendam charitatis actum ¶ Sexto queri pōt: vtruz elemosyna sit actus charitatis: p̄sertim cū elemosynarū largitio sine charitate fieri potest. sm illud. j. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperuz omnes facultates meas. charitatem autē ꝛc.

Ad hec respondet Thom. vbi supra. q. xxxij. quod exteriores actus ad illā ꝟtutē referunt ad q̄ ptinet id qd̄ est motiuū ad agendū hmōi actus motiuū aūt ad dandū elemosynas est vt necessitatē patiēti subueniat. Un̄ quidā elemosynam diffinientes dicunt: quod elemosyna est opus quo dat aliq̄d indigenti ex cōpassione ꝓpter deum. qd̄ vtiq̄ motiuū ptinet ad misericordiam. vnde manifestum est quod elemosynas dare ꝓprie actus est misericordie quod etiam apparet ex nomine. nam in greco elemosyna deriuatur a misericordia. qm̄ igitur misericordia est effectus charitatis. vt patet in. q. xij. sermonis precedentis: ideo ex consequenti elemosynam dare charitatis actus ē misericordia mediante. Ad obiectum g̊ dicendū: quod aliquid est actus virtutis dupliciter. Uno modo materialiter sicut actus iusticie est facere iusta. et talis actus virtutis esse potest sine virtute: q̄ multi non habentes habitum iusticie iusta operant: vel ex naturali ratione. vl̄ ex timore aut spe aliq̄d adipiscendi: aut ꝓpter aliq̄d simile. Alio mō d̄r aliq̄d actus ꝟtutis formaliter: sicut actus iusticie ē facere iusticiā eo mō quo iustus facit: scz prompte: delectabilit̄ et amore iusticie. et hoc mō actus ꝟtutis nō est sine virtute: sm h̄ etiaz elemosynas dare materialiter potest esse sine charitate: formaliter autem elemosynas dare scz ꝓmpte: delectabiliter ꝓpter deum et omni eo modo quo debet non est sine charitate. ¶ Septimo queri potest: vtrū elemosyne corporales effectū habeant spiritualem: p̄sertim cum ex hoc sequi videretur quod maior elemosyna maiorē effectū spiritualem perficeret: eo quod multiplicata causa multiplicatur effectus: quod tamen esset contra illud. Luce. xxj. vbi dicitur de vidua mittente duo minuta in gazophilacium que sm dominicam sententiam plus omnib⁹ misit. Ad hoc respondet ibidem Tho. quod elemosyna corporalis tripliciter considerari potest. Uno modo sm suam substantiam: et sm hoc non habet nisi corporalem effectū: inquātū. s. supplet corporales defectus ꝓximorum. Alio modo considerari potest ex parte cause illius qui dat elemosynam: inquantū enim dat elemosynam corporalē ꝓpter dilectionem dei et ꝓximi: tunc affert fructum spiritualem: sm illud Eccl̄i. xxix. Perde pecuniam propter fratrez: pone thesaurum in p̄ceptis altissimi et proderit tibi magis q̄ aurum. Hic etiam vidua q̄ minus dedit sm quantitatem. plus dedit sm

ꝓportionem: ex quo pensat in ipsa maior charitatis effectus ex qua corporalis elemosyna spiritualem efficiam habet. Tertio mō considerari potest ex parte effectus. ⁊ sic etiā hz spūalem fructū inquātū. s. ꝓxim⁹ cui per corporalem elemosynā subuenit ad orandū pro benefactore mouet. vñ Eccl. xxix dicit: Conclude elemosynam in sinu paupis ⁊ hic ꝑ te ex orabit ab oi malo. Deniq; vt nemo se excuset de elemosynarum largitiōe multa sunt elemosynarum genera: principaliter tñ septē corporalia: ⁊ septē spiritualia ad q̄ oīa alia reducunt: ⁊ qd exhiberi nō potest in ope: saltez tribuatur bona voluntate. Dicit em̄ Augu. sup ps. cij. Si potes dare da: si ñ potes affabilem tefac: coronat deus intus voluntatem vbi non inuenit facultatē: nemo dicat non habebam: charitas non de sacculo erogat. Et iterum in Encheridion: Multa sunt genera elemosynarum que cū facim⁹ adiuuamur vt nobis dimittātur peccata: sed ea nihil est maius q̄ cum ex corde peccata dimittimus. hec ille. Ad lau. dei.

¶ De nouem cōditiōibus considerādis in elemosynis dādis ⁊ de quib⁹ elemosyna fieri potest vt prosint facienti: ac de iniuste extortis.

Sermo xxiiij

Onora patrem tuum ⁊ ma.
b ⁊c. Jam ordie debito prosequēdū est de conditionib⁹ req̄sitis: vt in elemosynis dādis ordo debitus obseruetur et modus: nam sicut modus ⁊ ordo requirit in charitatiua dilectione: vt patet supius: sic ⁊ i elemosynarum distributiōe cū mediante misericordia sit act⁹ ipius charitatis: vt dictū est. ¶ Ad cuius euidentiam primo queri pt d modo elemosynas distribuendi: vtrum. s. elemosyna sit abundanter facienda: p̄sertim cuz dicat aplus. ij. Cor. viij. Non vt alijs sit remissio: id est alij d vestris ociose viuāt: vobis autem sit tribulatio: id est paupertas. Sed h contingeret si daretur elemosyna abundant. Ad hoc respondet Tho. scda sede. q. xxxij. q elemosynarum abundantia considerari pōt dupliciter. Primo ex parte dātis: cum. s. quis dat quod est multuz s̄m ꝓportionē ꝓprie facultatis et sic laudabile est abundanter dare: vñ ⁊ dominus Luc. xxj. Laudauit viduā q̄ misit omnem victum suū in gazophylaciū. Veruntamen oportet illā abundantiā debite circūstantionari s̄m conditionem ꝑsone ⁊ stat⁹ prout insequenti sermone latius patebit. Secundo ex pte eius cui dat est elemosyna dupliciter abundās. Uno modo sic q̄ suppleat sufficienter eius indigentiam ⁊ sic est laudabile abundanter elemosynam dare: vñ Aug. in epl'a ad quendam comitem. Caue p̄uidēs discretionem elemosyne: ita vt vtriusq; scilicz dantis ⁊ accipientis sit solacium. Alio mō vt supabundet ad superfluitatem: ⁊ hoc non est laudabile sed melius est pluribus indigentibus elargiri: Et hoc prohibet inducta auctoritas Pauli: non vt alijs sit remissio vel refrigerium. Loquitur enim ibidem de abundantia elemosyne que superexcedit necessitatem recipientis: cui non est danda elemosyna vt inde luxurietur: sed vt inde sustentetur: circa quod tamē est adhibenda discretio ꝓpter diuersas conditiones hominum quoꝝ quidam delicatioribus enutriti magis indigent delicatis cibis aut vestib⁹. Unde dicit Ambro: in libro de officijs: Consideranda est largiendo etas atq; debilitas nonnunquam verecundia que in genuos prodit natales: aut si quis ex diuitijs in egestatem cecidit sine viuo suo: Qd autem subditur: vobis aūt tribulatio: loquitur de abundantia ex parte dantis vbi tamen dicit glo. non hoc ideo dicit quin melius esset. s. abundanter dare. sed de infirmis timet quos sic dare monet vt egestatem non patiant. ¶ Secundo q̄ri potest: qualis ordo tenendus est in elemosynis dandis. cū non possit omnibus satisfacere. Ad hoc dicendum: q̄ nouem sunt consideranda in elemosynis distribuendis. Primo fides: quia fidelis preponendus est infideli ceteris paribus. Illi enim nobiscum renati sūt in christo tanq̄ fratres: ceteri reputantur nobis alieni et hostes christi: Unde Gal. vj. de elemosyna distribuenda proponens subdit: ergo duz tempus habemus opemur bonū ad omnes: maxime autez ad domesticos fidei. Secūdo necessitudo siue propinquitas. quibus lege nature magis obligamur. et sic ꝓpinqui sanguinis extraneis preponuntur vel p̄feruntur quia s̄m apostolum. Qui curam suorū ⁊ maxime domesticorum non habet: fidē negauit et est infideli deterior. Ita tamen subuenire

debet suis q̄ causam prestet necessitas: non carnalitas: id est non ditentur propter carnalem amorem: sed pascātur propter nature sustentationem: alioquin deus non esset causa sed caro. Tertio beneficium prius acceptum ⁊ precipue spirituale: plus eni obligamur beneficis q̄ alijs etiam propinquis: a quibus scz cōmoda temporalia vel spiritualia recepimus. Cuius ratio est: quia magis debemus reddere debitum q̄ dare gratuitum. Et ideo magis debemus reddere suscepta beneficia q̄ amicis aliquid gratis dare: sicut magis debemus reddere mutuū q̄ amicis dare. Et maxime obligamur his qui scd̄m Paulum laborant in verbo ⁊ doctrina. j. ad Timoth. v. Et iterum. j. Corinthi. ix. Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est si carnalia vestra metamus: quasi diceret: non ⁊c̄. vide. Quarto meritum: nā ex honesto ⁊ merito melioribus est potius subueniendū. Ecclesiasti. xij. Da bono ⁊ ne receperis peccatorem: benefac humili ⁊ ne dederis impio. Unde dicit Tho scd̄a scd̄e. q. xxxij. q̄ sic diligendi sunt homines vt eorum non diligantur errores. Et quia exhibitio beneficij dilectioni correspondet: ideo peccatori ad sustentationem nature debet elemosyna dari si indigeat: cū precipiatur nobis etiā inimicis benefacere: sed ad fouendū eorum malitiā nō debemus ei aliquid dare: vnde si cōstaret q̄ eo quod eis datur in peccatū abuterentur: non deberet eis dari nisi necessitas extrema exposceret. Quinto tempus: quia ceteris paribus senes sunt iuuenib̄ preferēdi. Sexto necessitas quia magis dandum est plus egenti: eo q̄ elemosyna est instituta ad necessitatem proximi subleuandā: alias enim frustraretur elemosyna fine suo: nec haberet meritū apud deum: vnde qui tenentur capti ab hostibus ⁊ presertim infidelibus preferendi sunt alijs. Similiter qui propter debita excruciātur in carceribus penis ⁊ supplicijs. Nam si pauper afflictionis sue tempore nihil impetrat a te: vel quo iniuste rapitur ad mortē: plus apud te pecunia tua valeat q̄ vita morituri: non est leue peccatū: vnde. xij. q. ij. c. sicut omnino. dicit glo. q̄ ecclesia non solū suis captiuis sed etiā extraneis tenetur subuenire. Et hi dicuntur captiui qui ab hereticis vel gentilibus capti sunt: vel a talibus vbi timetur periculū corporis vel anime: tales tenetur redimere ecclesia: p̄ etiā quilibet p̄uatus ⁊ allegat ibidem iura. Septimo debilitas: q̄ claudi ceci: valitudinarij debent preferri sanis: imo secundū leges qui laborare potest ⁊ se immiscet elemosyne: redigit in imperatoris seruitutem. C. de men. vali. l. j. li. xj. ⁊ sic danda est elemosyna pauperibus qui nō possunt operari manibus: vt. lxxxij. dist. c. j. Quod sane intelligendum est de his elemosynis que tendunt ad alimenta vel ad sustentationem corporis: sicut est pascere: potare vestire: hospitari. Nam cū sint immeriti: dignū est vt egestate laborent. Secus est de alijs vt visitare infirmū: redimere captiuum: si saltem nō timētur peiora: ⁊ sepelire mortuos. Ueruntamen in extrema necessitate nulli est elemosyna deneganda: vt. lxxxvj. dist. c. pasce fame morientem: ⁊ ca. non satis est. Nec histrionibus nec venatoribus nec meretricibus est deneganda in necessitate: quia tunc in tali non honorat vitium sed naturā: vt eo. c. qui venatorib̄ Unde nec in necessitate neganda est excommunicatis: vt patet. xj. q. iij. c. quoniā multos. in fi. Octauo modus: vt non totum vni nec simul effundantur opes: sed discrete dispensentur: nisi forte quis ex toto vellet reliquere seculum: vt patet. lxxxvj. distin. ca. fratrem nostrū. §. in ipsa liberalitate modus adhibendus est rerum ⁊ personarum. Rerum vt non omnia vni sed singulis quedam prestentur: vt pluribus prodesse possimus: iuxta illud psal. Dispersit dedit pauperibus. Personarū vt primū iustis: deinde peccatorib̄ quibus prohibemur: non quia homines sunt sed quia peccatores. Nono nobilitas: id est verecundia que ingenuos prodit natales: quod presertim attenditur in his qui ex diuitijs sine vitio suo ceciderunt in egestatem. Dicit enim Boecius: q̄ inter omnes aduersitates fortune infelicissimū genus infortunij est fuisse felicem. lxxxvj. dist. c. dominus. vbi subdit. Consideranda est in largiendo etas atq̄ debilitas: nonunq̄ etiam verecūdia que ingenuos prodit natales. glo. Nota verecūdiam esse signū nobilitatis vnde q̄ nobilitas talis attendi debet in dandis elemosynis legitur in vitis patrū de quodam qui singulis petentibus elemosynam dabat: ad quem cum venisset mulier vestita vilibus: aperiens manum voluit dare multum: ⁊ clausa est manus eius leuans parum venit aūt alia bene vestita qui videns vestes illius misit manū volens leuare parū sed aperta est leuans multū. Quod admirans inqui-

ad hoc valet quod ambrosius scribit li. 2° officiorum cap. 28. et quod de polycronio [illegible]

fuit de illis mulieribus: a cognouit q mulier bonis vtens vestibus: erat de honestis mulieribus que venerat ad paupertatē. ꝛ pro opinione natalū erat induta bonis vestibus: alia vero accipiēdi causa vilibus se induit magis piū ergo est subuenire pauperibus nobilibus ꝛ honestis: verecundis: paupertatemq; dissimulantibus ꝙ effectus ostiatim mendicantibus. ¶ Tertio proinde queri pōt: de quib⁹ facienda est elemosyna vt prodesse possit faciēti. Ad hoc dicendū: q extra de decī. c. ex trāsmissa. tenet glo. q non solum de rebus licite acquisitis debet fieri elemosyna: sed etiā de illicite acquisitis fieri potest elemosyna: ꝛ dari debet decima: si de illis non cōperat repetitio: ꝛ dñm transferatur: ꝛ sic meretrix: histrio: ꝛ qui de māmona iniquitatis viuunt: id est per sollicitudinem temporalē: etiā contra diuina mandata acquirūt: debent decimā dare ꝛ elemosynam facere. Sacerdos tamen nō debet a meretrice decimā recipere ne videatur impunitatem prestare. Verūtamen Hen. boyc hanc questionem lucidius prosequens: illā distinguit: dicens: q aliquando quedā acquirunt licite ꝛ a bono: ꝛ ex talibus bene acquisitis ꝛ a bono debet fieri elemosyna: qz tunc fructuosa erit. xiij. q. v. ca. Elemosyna redemptoris nostri oculis ista placet: que non ex illicitis ꝛ iniquitate cōgerūtur: sed que de rebus concessis ꝛ bene acquisitis impenditur. Aliquando sunt licite acquisita sed a malo: ꝛ tunc licet de eis possit fieri elemosyna: non tamen prodest faciēti: vt ea. q. c. scriptum est: scz Prouerbio. xv. Victime impiorum ab omnabiles deo: vota iustoꝝ placabilia. Neq; enim in omnipotentis dei iudicio quid: sed a quo detur inspicitur: Hinc est enim quod scriptū est. Respexit dominꝰ ad Abel ꝛ ad munera ꝛc. Expedit tamen agere bonum opus misericordie vel penitentie: quia licet nondum mereatur in his operibus vitam eternam: nullo modo tamen manebunt sine remuneratione: vt de pen. distin. v. c. falsas penitentias: vbi subditur. Nec tamen desperet: interim quicquid boni facere poterit hortamur vt faciat: vt omnipotens deus cor illius illustret ad penitentiam. Si vero illicite sunt acquisita: tunc si nō sunt in bonis alicuius domini illicite acquisita: puta episcopus: clericus: vel monachus venationi deditus ex venatione aliqua acquirit contra preceptū ecclesie: quod legitur de tali venatione in clemen: de statu mona. c. ne in agro. ℌ. porro. per totum: ꝛ sic dicitur illicite acquisitum: quia contra prohibitionem iuris positiui: non tamen iniuste: quia nulli fit preiudicium cum presupponitur ibi ꝙ ius venandi in illo loco habeant: licet venationi presentiā personalem exhibere non debeant: vt ibi precipit. Et a simili intelligitur omne lucrum illicite: licet non iniuste acquisitum: vt in festis ꝛc. q. de eis potest fieri elemosyna sicut in presentiarum de illicite acquisitis potest fieri elemosyna ꝛ. Aut sunt acquisita in bonis alicuius domini cō inuito: in quo casu nullo modo potest elemosynas facere: sed tenetur restituere: vt. xiij. q. v. c. forte aliquis cogitat. Et dicit multi sūt christiani dultes ꝛ alii: non habeo peccatū si illis abstulero ꝛ pauperibus dedero: vnde enim illi boni agunt mercedem habere poterō: sed huiusmodi cogitatio ex calliditate diaboli suggeritur: nam si totum tribuat quod eis abstulerat: auget potius peccatū ꝙ minuat: hec Augustī. Et in hoc casu cōcurrunt vis compulsiua ꝛ vis ablatiua: ꝛ sic ſm quosdam vsura: furtum ꝛ rapina reputatur: Si vero iniuste acquirunt domino ignorante: tunc etiā de eis elemosyne fieri non possunt vt. xiij. q. v. c. immolantis ex iniquo oblato est maculata. Et in hoc casu cadūt qui res inuentas nō habitas pro derelicto abscondunt: vt ea. q. c. Bulti sine peccato putant esse si alienū quid inuenunt teneant: ꝛ dicunt deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant ergo hoc peccatum simile esse rapine: si quis inuenta nō reddit: hec Hieronymus. Item Augustī. Si q̄d inueniſti ꝛ non reddidiſti rapuiſti quantū potuiſti: feciſti: quia non plus inueniſti qui alienum negat si posset ꝛ tolleret: deus cor interrogat non manū. Aut acquirunt iniuste domino tradente: ꝛ tunc si versatur turpitudo ex parte accipientis tantū: tunc in illo casu non potest accipiens elemosynas facere: sed tenetur restituere: ꝛ in hoc casu cadunt omnes faciētes contractus vsurarios propter improbum lucrum. Et ſm quosdam omnes vsurarij ꝛ ad aduocan exigentes immensa salaria ꝛ imoderata. Similiter medici qui emungūt egrotos qui tamen sepius de facili curari possunt: Et officiales qui per imoderatam probitatem plurima errorquere solēt. xiij. q. v. c. non sane. vide per totum. Aut versatur turpitudo ex parte dantis tantū: vt vbi meretrici datur precium scorti: ꝛ hoc accipiens retinere potest vel elemosynas inde facere. Et hoc

proprie dicitur turpe lucrum: quia propter lucrum illud sustinent: vt opprobrio habeantur vt dicit phus. iiij. Ethico. Aut versatur turpitudo ex parte vtriusq; : ⁊ tunc non potest elemosyna inde fieri: nec etiam debet danti restitui: sed illi persone vel ecclesie in cuius iniuriā data est. exemplū primi: vt pecunia data iudici ad ferendum iniustū iudicium restitui debz non danti sed illi in cuius iniuriam data est: vnde dicitur. xj. q. iij. c. non licet iudici vendere iustum iudiciū q̄ntominus iniustū. Sed hoc interest q̄ iudex accipiens vt iustum det iudicium tenetur restituere danti. Si vero vt iniustum tenetur restituere illi in cuius iniuriam suscepit. Et simili modo dicendum est de pecunia data testibus propter iniquū testimonium ferendū. vt. xiiij. q. v. c. non sane. Aduocatus tamen potest vendere iustum patrociniū ⁊ iurisperitus verum consiliū: dūmodo cum debito moderamine hoc faciant: vt patet ibidem Veruntamen vt dicit glosa in dicto. ca. non licet. xj. q. iij : Si sine labore dare potest consilium: nō reuoluendo libros: nec laborando in perlegendis allegationibus : tūc gratis tenetur subuenire: q̄ si causa iniusta est nō debet eam aduocatus vel iurisperitus assumere: nec patrociniū vel consilium vendere. sed potius eam acceptam vel assumptam debet deserere postq̄ perceperit eam esse iniustam hec glo. ⁊ allegat iura. ¶ Quarto aūt queri potest: vtrum id quod iniuste extortum est debeat pauperibus erogari vel ablatis restitui: aut in quibus casibus debet erogari ⁊ in quibus restitui. Ad hoc respondet Hein. boyc. extra de iudeis. in. c. cum sit nimis absurdum: q̄ si scitur a quo est extortum sed non reperitur: tunc debet erogari pauperibus: vt extra de vsuris. c. cum tu. vbi subdit. Cogendi sunt per penam quā statuimus: continuo eas his a quibus extorserunt vel eoꝝ heredibus restituere: vel his non superstitibus pauperibus erogari. Si vero scit qui sunt ⁊ reperiūtur: tunc si est acquisitum in detrimentū terre sancte: debet nihilominus erogare in subsidiū terre sancte: vt extra de iudeis. c. ad liberādā vide processum. Si vero secus est acquisitū: sed illi a quibus est extortum non habent actionem seu ius repetendi : ⁊ tunc potest seu debet pauperibus erogari: vt patet xiiij. q. v. ca. non sane. §. sunt alie: vbi tangit de salarijs immoderatis que recipiuntur ab officialibus : nec tamen repetuntur ab eis: nisi certum sit salarium eis constitutū: ⁊ tunc fm quosdā dari potest pauperibus: consultū tamē est q̄ ei reddat a q̄ imoderate recepit si nō est diues: vide textum: ibi cū glosa: q̄ si ius habent vel actionem repetendi tunc nō debet pauperibus erogari: sed illis vel eoꝝ heredibus a quibus extortum est vt in dicto. ca. cum tu. ¶ Preterea ea que restituenda sunt si non possunt ei mitti fideliter ⁊ secure cui restitui debent: tunc pauperibus erogari debent fm Ray. Hostien. ⁊ Tho. Si vero fideliter ⁊ secure mitti pōt: sed tamen fieri cōmode nō potest pensatis circūstantijs: puta quantitate rei debite que est forte modica respectu remotionis loci: qui forte longe distat: ⁊ illius diuitijs cui restitutio faciēda est: q̄r tam modica potest esse summa rei restituende q̄ nullo modo debet pro ea velle proximū tam grauiter onerare: ⁊ tunc pauperibus erogari potest. Si vero econtra res restituenda est magna ⁊ distantia loci est modica ⁊c. tunc debet restitui ⁊ non erogari pauperibus. In talibus enim ad arbitriū boni viri recurrendum est. Ad laudem dei.

¶ Vtrum ⁊ qualiter elemosynā dare sit in p̄cepto: ⁊ quomodo sub potestate constituti elemosynā dare possunt. ¶ Sermo xxv.

Onora patrē tuum. De elemosyna corporali quedam in generali prosequendo : primo queri potest: vtrum elemosynā dare sit in precepto sicut leo papa in sermone de apparitione videtur asserere dicens. In illo magno summoq̄ iudicio tanti estimabitur vel largitatis benignitas vel tenacitatis impietas: vt p plenitudine omniū virtutum : ⁊ pro summa oim cōmissorum: ⁊ per vnum malū illi in ignem mittentur eternum: ⁊ per vnum bonū isti introducentur in regnū Ad hoc respōdet Thomas scda scde. q. xxxij. q̄ cū dilectio proximi sit in precepto: necesse est om̄ia illa cadere sub precepto sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem aūt proximi ptinet q̄ ei non solum velimus bonū: sed etiā vt operemur fm illud. j. Johā. iij. Non diligamus verbo neq̄ lingua scz tantū sed opere ⁊ veritate. Ad hoc ergo q̄ velimus ⁊ operemur bonuz alterius : requiritur q̄ eius necessitati subue-

niamus: quod fit per elemosynarū cozporali um largitionē: ꝛ iō est in ꝓcepto: hinc. lxxxvj. di. c. non satis. circa fi. Subditur: misericozdia cōmunis est vsus: ideo cōmune ꝓceptū omnibus officijs: omnibus erantibus necessaria ꝛ ab omnibus est cōferenda: non publicanus: nō miles excipitur: non agricola: nō vrbanus: diues pauper: oēs in cōmune ammonent vt cōferant nō habenti. hec ibi. Sed hec intelligenda sunt ſm q recta ratio requirit: ſm quā vt ibidem dicit Tho. ꝑsiderandū est aliquid tā ex parte dantis q̄ ex parte recipientis: vt sic assint opoztune circūstantie que semper requirunt in ꝓceptis affirmatiuis ad implendis. Jn dante igit̄ considerandū est q aliquando habet aliquid superfluū tam naturale q̄ ꝑsone: id est tā sustentationi vite sue q̄ suoꝝ quoꝝ curam habet: q̄ etiā decenti cōseruationi status sui. Et de hoc ex ꝓcepto debet fieri elemosyna: etiā si pauperes extreme necessitatis non cōpareant: ſm illud Luce. xj. Qd̄ super est date elemosynā. Nec oportz excusationem future necessitatis ꝓtendere vel ꝑsiderare vltra probabilia signa: qz hoc esset de crastino cogitare id est curā superfluā habere: sicut fecit Elimelech de quo dicunt Hebrei sup Ruth. j. q ꝓpter famem q̄ acciderat in terra illa: multi pauperes recurrebāt ad elimelech virū. Noemi: quia diues erat ꝛ potēs sed ꝓpter auaritiā suam durū ei fuerat pauperibus cōmodare vel dare. Et ideo ad euitandas eoꝝ importunitates exijt de terra Jsrael cū bonis mobilibus q̄ habebat: sed qz ꝓpter malā causam exijt diuino iudicio pegrinus obijt cū filijs suis in egestate: vñ reuersa Noemi vxoz eius in terrā suā ait: egressa sum plena sz filijs ꝛ diuitijs ꝛ vacuā me reduxit dñs. hec ibi. Qd̄ si obijcit: que iuste possident etiā licite retinent. Ad hoc rñdet Tho. ibidem q ꝓpria bona q̄ diuinitus hmōi ꝑferuntur eius quidē sunt q̄tum ad ꝓpietatem: sed q̄tum ad vsum nō debent eius esse ꝑ alioꝝ qui ex eis sustentari pñt ex illo qd̄ ei supfluit. Hinc ait Basilius omel. j. Si fateris ea diuinitus tibi prouenisse. an iniustus est de⁹ inequaliter res nobis distribuens: cur tu habūdas: ille vero mēdicat: nisi vt tu bone dispensationis merita cōsequeris: ille vero patientie brauijs decozet. Est panis famelici quē tu tenes nudi tunica quā tu in ꝑclaui ꝑseruas: discalciati calceus q̄ penes te marcescit: indigentis argentū quod possides humanū: quo circa tot iniurias q̄t dare valeres. hec ille. Et Am. dicit sup illud euāge. bois cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit. Et habetur. xlvij. di. c. Sicut hi. Quid inq̄t auarus iniustū est. si cū aliena non inuadā ꝓpria diligentius seruo. O impudens dictū: ꝓpria dicis. q̄ ex quibus reconditus in hunc mundū detulisti: q̄n in hāc egressus es lucem q̄n de ventre matris existi: a quibꝰ quesso facultatibus quibusq̄ subsidijs stipatus ingressus es? Et infra ꝓpriū nemo dicat qd̄ est cōmune: plus quā sufficeret sumptū ꝛ violenter obtemptū est: nunqd̄ iniquus est deus vt nobis nō equaliter distribuat vite subsidia vt tu quidem esses affluens ꝛ abūdans: alijs vero deesset ꝛ egerent: An ideirco magis: qz ꝛ tibi voluit benignitas sue exprimenta cōferre: aliū ꝓ virtute patientie cozonare? Tu vero susceptis dei muneribꝰ ꝛ in sinū tuū redactis: nihil reputas agere iniquū si tā vite multoꝝ subsidia solus obtineas: hec ibi. Vnde cōcludendo dicendū est: q si in paupe apparent euidentia signa necessitatis extreme tūc certū est q dare tenet: ꝛ mortaliter peccat nō dando. Si vero signa manifesta extreme necessitatis nō apparent tūc illi dare non tenet: ꝑ distribuere sibi pōt supflua: ſm qd̄ sibi videbit opoztunū: dūmodo tñ ꝓtribuat. Aliocn enim auditurus est. Jte maledicti ꝛc. Esurui enim ꝛ nō dedistis mihi māducare. ¶ Secūdo vero q̄nq̄ ex parte dantis est aliq̄d superfluum nature: sed tñ necessariū est ipsi ꝑsone ſm decentiā sui status. Et de tali tenet ex ꝓcepto dare elemosynā in extrema necessitate recipientis: alias aūt nō nisi de ꝑsilio superogationis. Ratio prioris est: qz necessitas absoluta in ꝓximo necessitati nostre cōditionate ꝑferenda ē̄ ita tñ quod id qd̄ mihi superfluū modo est: in ꝓximo tpe non sit mihi necessariū: vnde de tali necessitate ꝓximi indigentis dicit Ambr. li. de offi. ꝛ habet. lxxxvj. distin. ca. Non satis. circa finem: vbi dicit Pasce fame morientē: quisquis eni hominem pascendo seruare potuisti: si non pauisti occidisti: vnde tantū in hoc casu ligat hoc ꝓceptū: q vt dicit Ambro. in dicto. ca. Sicut hi. Tunc minus est crimen habenti auferre q̄ taliter indigenti negare. ¶ Tertio denicq̄ ex parte dantis q̄nq̄ totum est necessariū nature sue ꝛ suoꝝ quicquid habet: ꝛ de illo nō debet elemosyna fieri: qz hoc esset cōtra ordinem charitatis: cū hoc esset sibi subtrahere necessaria vite: ordo vero charitatis ꝓtius incipit a seipso: nisi fa-

tem aliquo modo sciret recompēsare per aliam viam suam et suoꝝ necessitatem: vel nisi talis casus immineret vt sibi subtrahendo tali dare: per quem ecclesia vel respublica sustētaretur. quia ꝑ talis ꝑsone liberatione se suosq; laudabiliter periculo mortis exponeret cū bonum commune sit proprio preferendum: sicut illa vidua Sareptena fecit: que de sibi filijq; sui necessario prophetam Helyam pauit: vt patet. iij. Regum. xvij.

B Secundo queri potest ex quo vt prius dictum est in dicto capitulo. Non satis. nullꝰ excipitur ab elemosyna conferenda: vtrum etiam omnis sub potestate constitutus indifferenter dare eandem potest.

¶ Ad hoc respondet Richardus super. iiij. distinctione. xv. ꝙ ordo naturalis hoc exigit. vt a superioribus inferiora regulentur: et illi qui sub aliena sunt potestate constituti. de eis ex quibus alijs subijciuntur: ordinare non debent aliter q̄ eis commissum fuerit a superioribus. Et quia nullus alteri subditus est q̄tum ad interiores intellectꝰ et voluntatis actus nisi soli deo: ideo de illis bonis elemosynam omnibus facere licet. vtpote orādo. corripiendo. remittendo: ac alia pietatis opera spiritualia perficiendo: de quibus late tractaui in sermonibus de tribus partibus penitentie. Veruntamen de tribus exterioribus secūdum quas alicui superior quis subijcitur: nō debet nec potest elemosynam facere: nisi quatenus illi fuerit a superiori commissum vel ꝑmissum. Et ideo generaliter quicunq; acceperit aliquid ab alio: legitimam dandi potestatem non habente: tanquam iniustum tenetur restituere. Ad cuius euidentiam sciendum: ꝙ principaliter quatuor sunt hominum genera aliorum potestati subiecta. que nō possunt elemosynam facere nisi sub certis modis eis a iure vel approbata consuetudine aut etiam a superiore eis concessis: scilicet vxores: proles: clientes et profitentes: Omnes isti in extrema necessitate dare possunt elemosynaꝫ indistincte. Nimirum cum et in hoc casu liceret etiaꝫ furari. eo ꝙ talis necessitas facit omnia communia. Extra tamen casum extreme necessitatis indifferenter dare non possunt ꝙ patet. quia mulier que minus subiecta videt et equalis viro q̄tum ad actum matrimonialem iudicatur in his q̄ ad dispensationem domus pertinent viro subiecta: nec facere potest elemosynam nisi eo modo qui sequitur:

¶ Pro quo sciendum scd̄m Scotum. iu. iiij distincti. xv. ꝙ vxor de rebus viri: scilicet pane vino et huiusmodi: que de approbato more solent ad dispensationem vxoris pertinere potest moderatas elemosynas facere secūdum facultatem viri sui: et maiorem vel minorem multitudinem pauperum: Non tamē dare potest excessiue respectu facultatum nisi de consensu: nec etiam de alijs rebus sue dispensationi nō commissis: nisi vt dictum est i extrema necessitate: vel nisi res para fernales vel proprias haberet preter dotē vbi de consuetudine parafernalia vxoris sunt. Parafernalia autē dicuntur illa bona q̄ mulieri obueniunt post matrimoniū titulo donationis: successionis: legationis: ecōtra q̄ habet ante matrimoniū ꝛ portat ad virum suum dicūt̄ dos donatio vero ē illd̄ quod a viro de mane dat̄ mulieri in surrectione: vt curtam domū vel simile ad vitā eius Quicq̄d igitur d̄ ꝯsuetudine patrie mulieris est. de hoc elemosynā dare potest: de alijs autem non nisi vt dictum ē. Si tamen esset lucrosa ita ꝙ exhibita debita gubernatione domus operibus suis lucraretur. tunc etiam de hoc dare posset: nec intellige deducendo expensas victus sui: quia vir tenetur ad omnia huiusmodi: taꝫ propter dotem q̄ propter obsequiū. Qd̄ si mulier in secūdo matrimonio filios habet ex primo: qui nō habet aliquam actionem ꝯtra matrem nō potest illa ꝯ̄ mariti ꝓhibitionem aliq̄d eisdeꝫ dare: nisi sicut alijs pauꝑibus: Secus tamē si habēt aliquam actionē: vt quia obligata ē eos alere. s. cum sint impuberes: vel quia ambo ꝯiuges eoꝝ bona possidēt: aut alia iusta causa: tūc eīn ꝛ maritꝰ tenet̄ illos alere: quia mater cū suis oneribꝫ ad maritū trāsijt: quia tamē maritus hꝫ aministrationem reꝝ nō dꝫ eos alias vxor alere: nisi in extrema necessitate. Preterea viro existēte ꝓdigo si celat vxor aliquid bona fide de rebus cum viro cōmumunibꝫ vt sibi ꝛ viro suo tpe ꝓuideat: qui eas male cōsumeret: nō peccat. nec viro ꝓhibēti vl̄ repetēi tenet̄ obedire: qꝛ reddēdo iuuaret eū ad pctm̄. Ecōtra si vxor viderit virum tenacē. supflua tamē habētē tā nature sustentioni q̄ etiam dicētis status cōseruationi: tunc vxor sibi cōscientiam formare debet: ꝙ marito non displiceat elemosynam dare: licet aliquando prohibet. Hoc eīn quandoq; faciūt vt vxores temperent non a toto sꝫ ab excessu

Poteſt etiam formare ſibi cõſcientiam ex miſeria pauperis: cogitans q̃ ſi maritus videret vxor ſibi placeret vt eius miſerie ſubueniret. Et ſic cogitare p̃t vtiliter velle gerere negocia viri ſui ad ſalutẽ aie. Et generaliter nota: q̃ ſi vir furtũ fecerit vel aliq̃d iniuſte acq̃ſierit aut retentum apud ſe haberet: p̃t illud mulier reſtituere etiã ꝓ̃dicente marito. Q̃ ſi verꝰ poſſeſſor: ꝛ eiꝰ heres ignorat: p̃t ide elemoſynam facere etiã inuito marito: niſi maritus eius verũ dñm furti cognoſceret tũc em̃ ipſa non debet illud alienare. ſed virũ ſuũ efficaciter ad reſtitutionẽ inducere. Si ꝙ res ipa conſumpta eſt tũc poteſt vxor ſi vir exp̃ſſe nõ contradixerit. negocia mariti gerendo et ſeipſam eronerando extimationẽ de bonis cõmunibus reſtituere vel in elemoſynas dare: ſi cui reſtituenda ſit ignorantur. Q̃ ſi contradicente viro hoc faceret bona fide: licet ad h̃ non teneatur. non tamen eſſet illi penitentia iniſtigenda quaſi ꝓ mortali.

¶ Secundo proles: nam filiusfamilias licet vti poteſt rebus parentum ad propriam neceſſitatem: tamẽ ſcõm Thom. ibidem nõ poteſt alĩs dare: quia quamuis eſt heres nõ tamen adhuc eſt dominus rerum: nec per cõ ſequens eſt in eius poteſtate paterna hereditas. Qui ergo recipiunt ab eis elemoſynas extra articulum extreme neceſſitatis tenentur ad reſtitutionem: niſi darent elemoſynam moderatam in pane vino et ſimilibus: que non inferunt parentibus ſenſibile damnum: de q̃bus conſtare poteſt q̃ parẽtibus placet. Et idem iudicium eſt de furioſis. amentibus: pupillis ꝛ adhuc ſub tutoribus vel curatoribus exiſtentibus: Verumtamen ſi filiusfamilias ex iſtẽs adhuc in paterna poteſtate habuerit aliquod peculium caſtrenſe. id eſt quod ei datũ eſt a patre vel alĩs occaſione militie: vel ipſe ſibi acquirit ex malitia vel peculium quaſi caſtrenſe: quod. ſ. ex aduocatione vel alio officio publico percipit: vel etiã q̃ obuenit p̃ſbyteris ꝛ clericis ex officio ſuo eccleſiaſtico: tũc de bis facere p̃t elemoſynas ſcõm Ray. q̃ ꝛ tum ad hoc paterfamilias cenſetur: De aduentricio autem: id eſt q̃ ex alia quacũq̃ cauſa filio aduenit: ſiue a matre ſiue ab extranea perſona: ſiue de alĩs operationibus vel laboribus ſuis non poteſt filius elemoſynam facere: quia licet filio in hoc ſeruetur proprietas ꝛ ſi pater premoriatur filij eſt: tamẽ q̃diu pater viuit in eo plenum vſufructum habet. Similiter de profectitio: id eſt quod ꝑ rebus patris vel earum occaſione aduenit: vt fructus ſiue lucrum: filius elemoſynam dare non p̃t quia nihil iuris in eo habet: niſi tantum quo ad ſpẽ ſucceſſionis: ſi tamẽ filius eſſet in ſcholis de licentia patris: vel in peregrinatione tunc dare poſſet elemoſynam: tam de profectitio q̃ de aduentricio.

¶ Tertio clientes. nam ſm Tho. in. iiij. di. xv Serui ancille et famuli q̃uis etiam ſint liberre conditionis non poſſunt elemoſynas dare de rebus dominorũ ſuorum ſine eorum cõſenſu: niſi panẽ ꝛ huiuſmodi q̃ non inferunt ſenſibile nocumentũ: etiã ſi ipſe famulus eſſet diſpenſator rex: q̃ nõ ponit diſpenſator q̃ſi poteſtatem aliquam in re domini ſui habẽs: ſed quaſi ad vtilitatem dñi tractans. De precio tamen ꝓp̃ij ſeruitij libere dare poſſunt.

¶ Quarto profitẽtes ſcz in religione paupertatem voluntariã: elemoſynam dare nõ p̃t ſm Ray. quia nihil habent. xij. q. j. c. non dicatis: niſi forte aliquis adminiſtrationem aliquam habuerit: tunc em̃ poteſt ꝛ debet elemoſynas facere: quia quicq̃d religioſis ſuper eſt in pias cauſas erogandum eſt: vt patet. xij. q. j. ca. q̃ tua vbi ſubditur. Cõmuniter aũt viuentibus tam de faciendis portionibus vel exhibẽda hoſpitalitate et adimplẽda miſericordia a nobis quid erit loquẽdum: cum omne quod ſupereſt neceſſitatibus: in cauſis p̃is ac religioſis erogandum eſt domino magiſtro omnib̃ dicente quod ſupereſt date elemoſynas ꝛ oĩa munda ſunt vobis: hec Greg. anglo. epiſcopo. Si tamen eſſet talis adminiſtratio ꝑ quam ſtatutum eſſet: q̃ quicq̃d ſupeſt ad monaſterium vl̃ aliquẽ ſpẽalem vſum refundat: vt in q̃busdã p̃ioratib̃: tũc elemoſynas exceſſiuas ſine conſenſu facere non debet. Q̃ ſi monachus de voluntate abbatis vadit Romã vl̃ ſtat in ſtudio: tũc ſcõm Ray. moderatas elemoſynas facere poteſt. quia eoipſo q̃ dedit illi licentiam eundi vel etiam ſtandi: ſubintelligitur ei licentiam conceſſiſſe faciendi ea que ſcholares et peregrini de honeſtate facere ſolent. Et addit Tho. ſcõa ſcõe: ꝛ in. iiij. q̃ etiã citra extremam neceſſitatez poſſet monachꝰ aliquod modicũ dare abſente abbate ſub ſperanbibitionis: non tamen eo preſente: vel q̃n probabiliter crederet q̃ abbas non conſentiret niſi fuerit extrema neceſſitas. Ad lau. dẽ

¶ De accidia ꝛ filiabus eius: scilicet malitia: desperatione: pusillanimitate: rancore: torpore: ꝛ mentis euagatione. ¶ Ser. xxvi

A Onora patrē tuum. Exodi. xx. Tertio deniq; parentes eternales honorare debemus: eis iugiter ꝛ indefesse cū omni affectu seruiēdo ꝛ gratias agēdo: vt sic intelligat: honora patrē tuū qui te creauit ꝛ imagine ꝓpria insigniuit: qui te redemit ꝛ ꝓpria carne ꝛ sanguine pascit. ¶ Et hoc tripliciter: Primo pro omnibus beneficijs ꝛ donis tā naturalibus q̄ gratuitis: deuotas ꝛ iuges gratiarūactiones referēdo: ad qd̄ te monet tota scriptura Similiter om̄is creatura q̄ suo mō creatorē suū laudat. vñ Job. xxxviij. rep̄hēdit pigros dicēs. Ubi eras cū me laudarēt simul astra matutina: ꝛ iubilarent omnes filij dei. In lectulo dñe. Ad hoc etiā excitate ꝓpria natura: qꝛ s̄m physicos in corpore humano inseminauit tot membra quot sunt dies in anno vt ex hoc instictu naturali informeris ꝙ nulla dies te transire debet sine diuina laude et gratiarūactiōe. Scd̄o debemus eū honorare: omnes actiones: locutiōes: affectiones et cogitationes nostras in sui laudē ꝛ gloriā referendo. Ad quod hortat̄ ap̄lus dicēs Col. iij. Omnia quecunq; facitis in verbo aut in opere: om̄ia in nomine dñi nostri iesu christe facite. Et ex hoc actiōes tue nō cēsentur humane: sꝫ angelice ꝛ diuine. Nā eis qd̄ammō celicam formā imprimis cū in eis solū honorē diuinum intēdis: sicut ecōtra maximā deo iniuriam irrogant: qui in actibus suis ostentationē ꝓpriā aut humanā cōplacentiam aut aliquid hmōi querunt. Tertio debemus eū honorare pre omnibus ꝛ sup omnia diligendo: ad qd̄ potissime moueri debes: ex eo ꝙ in tantis amoris beneficijs te diligendo p̄uenit vt omnem ingratitudinem ꝛ tepiditatē amoris sui a corde tuo procul expelleret: vt si te quādoq; piguisset amare iam nō pigeat reamare. Sed hunc honorem plurimū impedit accidia que s̄m Damasce. est quedam tristicia aggrauans: que. s. ita deprimit animuꝫ hominis vt ei nihil libeat agere: ꝛ ideo accidia importat qd̄dam tedium operandi bonum: precipue diuinum: iuxta illud ps̄. Omnem escam abominata est anima eoruꝫ. Ex quo patet ꝙ duo sunt nomina huius vitij. scꝫ tristicia ꝛ accidia: cuius ratio est. quia in isto peccato est auersio a spirituali bono quod estimatur graue vel grauare: sicut est vigilare: [illegible]are ꝛ orare ꝛc. ꝛ ratione huius dicit̄ tristicia que opponitur leticie spirituali. Naꝫ affectus tristicie datus est homini vt doleat de peccatis ꝓprijs ꝛ alienis: de dilatione patrie: de imperfectione vite ꝛ de similibus: sed nūc mutat̄ ꝛ ducit in diffidētiam: desperationem: ꝛ irrōnabilem merorē: ꝛ opponit leticie spirituali: ita ꝙ affect⁹ gaudij qui datus fuit homini vt gauderet in deo ꝛ in spe eternoꝝ bonorū ꝛ intuitu beneficiorum dei: ꝛ in bonis operibus ꝛ oīa vana ꝛ in vtilia fastidiret: modo peruertitur in dissolutionem ꝛ vanitatem ꝛ insanias falsas: ita ꝙ gaudet de affluentia rerum bonorū: voluptatum. de risu: fabulis: turpibus ludis ꝛ similia: ꝛ om̄ia que dei sunt fastidit tanq̄ insipida. B Et sic secūdo in isto peccato fit conuersio ad creaturā in qua querit finalem quietē que estimatur leuis: ꝛ ratiōe huius dicit̄ accidia que opponitur fortitudini que cōsistit in aggrediendis arduis ꝛ sustinēdis aduersis. Nam per accidiam habet anima tedium de omni spirituali difficili: et inuenit opera virtuosa ꝛ bona quasi acetosa. ¶ Hic queri potest vtrum accidia potest esse peccatuꝫ ꝛ precipue mortale. presertim cum scd̄m ph̄m in .ij. Ethic. passionibus non laudamur neq; vituperamur: sed accidia est passio quedam: est enim quedam species tristicie vt dicit Damasce. Ad hoc respōdet Tho. scd̄a. ꝛ^e. q. xxxv. ꝙ accidia scd̄m Damasce. est quedaꝫ tristicie aggrauās: que scꝫ ita deprimit animū hominis vt nihil ei agere libeat: sicuti ea que sunt acida etiā frigida sūt ꝛ ideo accidia importat tediū quoddam operādi. Et huiusmodi tristicie passio scd̄m se quidē nō est peccatum: qꝛ scd̄m se non nominat aliquod laudabile vel vituperabile: sed scd̄m ꝙ applicatur ad aliqd̄ bonum dicitur laudabile ꝛ econtra vituperabile scd̄m ꝙ applicatur ad aliquid vituperabile. Exēpli gratia. tristicia de vero malo cū fuerit moderata nominat aliquod laudabile: sed tristicia de vero bono: vel etiā tristicia immoderata nominat aliquid vituperabile. Uerūtamē accidia que est torpor mentis: bona negligētis inchoare semper est mala. Et hoc dupliciter. Nā quādoq; est mala

sedm se: cum scz fit de eo quod est vere bonū licet sit apparens malum: sicut tristitia que est de spirituali bono. Nam cum spirituale bonū sit vere bonū: tristitia que est de spirituali bono est secundum se mala: sicut econuerso delectatio dicitur secundum se mala que est de eo quod est apparens bonū ⁊ vere malū: Quādoqꝫ vero tristitia mala est secundum effectū tantum: quando scz sic tristitia de vero malo hominez aggrauat ⁊ eum totaliter ab opere bono retrahit: ⁊ sic etiam est peccatū. Hinc apostolus. ij. Corinth. ij. Non vult vt penitens maiori tristitia absorbeatur: non tamen semp est peccatum mortale. Sed accidia ex suo genere est veniale peccatum: quia secundū Augusti. Accidia est tedium eterni boni: hoc aūt non opponitur charitati sed inducit diminutionem feruoris charitatis: in quo consistit omne veniale. Istud ergo tedium vt dicitur in cōpendio potest accipi tripliciter. Uno modo prout est purus motus naturalis: ⁊ sic nullum est peccatum. Alio modo prout est motꝰ appetitus contristati de opere spirituali laborioso: ⁊ sic est veniale: q̄uis etiam ille appetitꝰ sit deliberatiuus: quia consensus in veniale non est nisi veniale. Tertio prout redundat in omissione eorum que sunt necessaria saluti ita ꝙ motus accidie pertingit vsqꝫ ad rationem que consentit in fugam: horrorem ⁊ detestationem diuini boni: carne contra spirituz omnino preualente: ⁊ tunc est mortale peccatum. Et potest quis dici quatuor modus accidiosus. Primo modo cum quis per quandā detestationem ⁊ horrorem ad diuina voluntarie omittit ea perficere. Secundo modo cū quis ex quadam negligentia omittit ea perficere ad que obligatur alienis nimiū implicatus. Tertio cum quis nolens ex verecundia vel aliquo alio extrinseco coactus cum tristitia perficit aliqua bona spiritualia. Quarto cū nimium deijcitur ⁊ contristatur etiam de vero malo ex quo redditur ineptus ad bona spiritualia perficienda. ¶ Deinde queri potest quot sunt filie accidie: presertim cum a doctoribus ponatur esse viciū capitale. Ad hoc respondet Grego. xxxj. moraliuz. ꝙ sex sunt filie accidie. Prima filia dicitur malicia que non accipitur hic secundū ꝙ est genus vitiorum: sed qua quis detestat bona spiritualia. Qđ autem accidia causat vel generat maliciam ex hoc patet; quia accidia proprie attenditur in detestationem bonorum spiritualium ⁊ tāq̄ nulla vel vilia contemnendo. Et sic generaliter malicia a qua procedit ꝙ aliquis bona spiritualia deliberate fastidit: contemnat ⁊ detestetur. Et sic malicia multū aggrauat peccatum accidie pessima filia detestande matris: Nam multo grauius quis peccat ex certa malicia ceteris paribus quam ex passione quia ibi mouetur voluntas in malum ex seipsa ⁊ ex electione: hic autem ex passione quasi ex quodam extrinseco impulsa: grauius etiam peccat quis ex passione q̄ ex sola ignorātia. quia ignorantia minuit de ratione voluntarij nō autem passio: ⁊ sic ex malicia proprie dicitur peccare in spiritumsanctum: sicut ex ignorantia in filium: ⁊ ex infirmitate vel passione in patrem. Unde peccatum malicie grauius iudicatur in genere suo: de quo ps̄. Dilexisti maliciam super benignitatem: ⁊ dicitur irremissibile id est non ita facile remissibile sicut peccata ex infirmitate vel ignorantia perpetrata: quia tollit omnia illa que requiruntur ad remissionem peccatorum: nec habet aliquam causam remissionis cum ex certa malicia ⁊ electione perpetratur reddens operantem obstinatum: ita ꝙ contemnit subire humilitatem penitentie. ¶ Secunda filia accidie dicitur esse desperatio: quia diffidentia meritorum est mater diffidentie premiorū ex qua iterum nascitur tristitia. In accidia autem est talis diffidentia: quia accidia est diffidentia de proprijs viribus ⁊ de auxilio deiin implēdo ardua: ⁊ sic causat desperationem: que est etiam peccatum in spiritūsanctum. ¶ Notandum tamen secundum Heinricum de vrimaria: ꝙ si labatur aliquis in desperationē ex infirmitate vel ex grauitate complexionis: ⁊ de hoc dolet ⁊ remittitur inquantum potest sic desperatio non est peccatum nisi forte veniale. Si autem hoc contingit ex errore vel deceptione: puta si estimat obsequium se prestare deo si seipsum occidat: sic desperatio est peccatum mortale. Si vero quis desperet ex certa malicia vel ex electione: vt diffinitiue dicat cum Cayn maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear: sic est peccatū mortale in spiritumsanctum. De quo tamen clarius videri potest in sermone de peccatis in spiritumsanctum. ¶ Tertia filia dicitur pusillanimitas respectu consiliorum christi que nascitur ex diffidentia proueniente ex consideratione pro-

prie infirmitatis: vel ex arduitate operis.

¶ Hic queri potest vtrum pusillanimitas sit peccatum: presertim cum vt dicitur Ecclesiasti. x. Initium omnis peccati est superbia: sed pusillanimitas non videtur ex superbia ꝓcedere: quia superbus extollit se super id qđ est. pusillanimis autem subtrahit se ab his: q̄bus dignus est. Hic dicit philosophus in q̄rto Ethicoꝝ. quod maxime videtur pusillanimis esse qui magnis bonis dignus existit: et tamen his nō dignificat seipsum. Ad hoc respondet Thomas scđa secunde. q. cxxxiij. ꝙ omne illud est peccatum quod contrariatur inclinationi naturali: quia contrariatur legi nature. Inest aūt cuicunq; rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem sue potentie cōmensuratam: vt patet in omnibꝰ rebus naturalibus: tam animatis q̄ꝫ inanimatis. Sicut ergo presumptuosus excedit proportionem sue potentie dum nititur ad maiora q̄ꝫ possit. sic econtra pusillanimis deficit a proportione sue potentie: dum recusat in eo tendere quod est potentie sue commensuratum: et ideo sicut presumptio sic et pusillanimitas peccatum est. Inde punitur seruus qui acceptam pecuniam fodit in terram: nec operatꝰ est ex ea propter quendam pusillanimitatis timorem vt patet Matthei. xxv. vnde potest etiam ex superbia oriri: dum nimis proprio sensui innititur: quo reputat se insufficientem ad ea respectu quorum sufficientiam habet. Hinc prouerbiorum. xxvj. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Nihil enim prohibet ꝙ se iq̄ꝫtum ad aliqua deijciat ⁊ q̄ꝫtum ad alia se extollat.

¶ Quarta proinde filia dicitur rancor quem etiam causat accidia iq̄ꝫtum accidia facit irasci ⁊ indignari aliquem contra bonos: qui volunt eum iducere ad spiritualia bona: ⁊ cum nocumentum contra aliquem machinatur: si ipsum inferre non pōt interius tenet ⁊ conseruat iram: indignationē et mentis amaritudinem: que omnia importat rancor: vnde rācor est ira ⁊ indignatio inueterata: qꝛ sicut ex charitate nascuntur opera bona ex quibus est cōfirmatio charitatis: sic ira est accidia: ex accidia vero vetustas ire: quia accidiosi sepe rep̄hensi frequenter ad indignationem mouent̄. Nam multi sunt talis nature: quando quis dicit vel facit quod sibi nō placet: semper habent rancorem et amaritudinem cordis sup talem: et hoc est signum ꝙ nondum causam vel originem talis ire vel rancoris radicitus euulserunt: Unde dicitur in decretis de penitentia et remissione: di. ij. c. j. Si quis semel notatus fuerit inuidie vel contentionis vitio: et rursum in hoc ipsum inciderit: sciat se primaꝫ caucem id est vitium ex qua inuidia vel contentio nascitur: in interioribꝰ medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per cōtraria atq; aduersa curari: id est per humilitatis exercitium vt patet ibidem. Alioquin monet huiusmodi: illđ prouerbiorum. j. Despexistis omne consilium meum: ⁊ increpationes meas neglexistis: ego quoq; in interitu vestro ridebo. ¶ Quinta filia accidie dicitur torpor. q̄ potissime oritur ex ocio. Nam accidiosus vt frequenter ocium sequitur: quod tamen summe cauendum est. non solum in verbis sed ēt in operibus: alioquin detestabilem torporeꝫ incurrit. Est autem torpor circa p̄cepta quedam in sensualitas vel inusualitas: propter quam homo reduci non potest ad executionem mandatorum dei. vel torpor est circa ꝓhibita cum scilicet quis nimis securus est et se nimis exponit temptationibus vel peccatorum periculis. Est inq̄ꝫ torpor quedam p̄cepta non facere contemnere vl̄ amare. Est etiam torpor circa consilia: scilicet nolle perfectum esse quod vtiq; est delinquere: bonum n̄ amare: consilia contemnere vl̄ etiam irridere

¶ Hic queri potest vtrum incidentaliter diuturnitas temporis ex qua iste rancor videt̄ procedere auget peccatum: presertim cū cōsuetudo mala non solum videatur peccatuꝫ alleuiare sed etiam excusare: vt patet đ superfluo ornatu qui iam ex consuetudine nō iudicatur superfluus. Ad hoc respondet Gaspar de caldri: extra de eo qui du. in ma. in. c. cum haberet: ꝙ ex diuturnitate temporis peccatū augetur frequentatum: quia quāto maiori tēpore inficitur anima tanto magis fit habitus vitij. et p cōsequens videt̄ eē maior contēptꝰ dei: ac p consequens maius peccatū: ⁊ h̄ tangit in. c. cū haberet. dicens ꝙ peccatū non diminuitur sed auget̄ ex diuturnitate tp̄is: ⁊ tāto amplius elongatur a deo: et ideo debilitat̄ virtus ⁊ corrumpit̄ aīa: et p consequēs difficilius releuatur. ¶ Sexta filia accidie ē mētis euagatio et hoc frequenter circa illicita cū q̄dā feda occupatione ⁊ delectatione morosa vel etiā consensu: qꝛ idesiderio ē oīs ociosus sꝫ qñ ē ꝑticularis certā habēs materiā vt gule: luxurie: auaritie: sic ꝯuenit oībꝫ vitijs. Qñ

vero generalis ē ⁊ incerta tūc dicit ꝓprie euagatio q̄ ē filia accidie. Nam q̄ absorptus ē cū tristicia nō habens in se vbi delectet euagat ad omnia querens delectationē in ociosis: in vanis: in fedis: in malignis ⁊ similib⁹. in morādo: delectādo: ꝯsentiēdo: ꝓponendo. affectando: machinādo: sic ꝙ cor illi⁹ factū est q̄si spelūca latronū: qđ a nob̄ auertat iesus christ⁹ Amen.

¶ Sequūtur sermones de precepto quinto.

¶ Utrum licitum sit mortificare ea q̄ discernūt vel sentiunt vel tm̄ viuūt et ꝙ tria requiruntur ad iustam occisionem. Sermo. i

Non occides: Exo. xx. Hoc est quintuꝫ p̄ceptū in quo principaliter et explicite ꝓhibet ira ꝓrumpens in iniurias ꝑemptorias hūane vite. Secūdario ꝟo ⁊ implicite ꝓhibetur omne nocumentum qđ inferri pōt iniuste ꝯ ꝓximū vl̄ etiā ꝯ seip̄m: siue nocumentū illud fiat ope vl̄ manu. vt ꝑcutiēdo: mutilando: depilādo: vulnerando: scādalizādo: siue etiā lingua vl̄ nutu. vt detrahendo: excōicando: ꝑsuadēdo: cōsulendo: ad pctm̄ deducēdo: nutib⁹ irritando vel alliciendo: siue deniq̄ corde vl̄ affectu: vt inuidēdo: odiēdo: pctm̄ cōmittēdo: bonū ꝓpositū suffocando. Sed qꝛ vita corporalis ē fūdamentum oīm alioꝝ: ideo sub isto modo nō occides. legislator mandatum exp̄ssit. Et sm̄ hoc preceptū istud tripliciter exponi p̄t. Prio sic. nō occides. i. nihil manu vl̄ opere ꝑficies: quo vita ꝓximi vel tua corporalis vel sp̄ual̄ iniuste perimat̄ vel detrimentū patiat̄: Sed qꝛ mādatū h̄ homicidiū corpale principalit̄ ꝓhibet: nō de illo ꝓsequendum ē in principio. Pro q̄ sciendū sm̄ Ray. ⁊ Goff. ꝙ homicidium corporale cōmitti pōt quattuor modis. s. iusticia dictante: necessitate instigāte: casu: accidente ⁊ voluntate impellente. Et addi potest quintus modus occisiōis tempore scꝫ necessitatis extreme elemosynam aliquo subtrahente. A Quantum igitur ad primum q̄ri potest vtrum licitum sit occidere ꝑ iusticiam p̄sertim cum videat̄ esse cōtra p̄ceptum istud licet alibi dn̄s precepisse dinoscit maleficos ñ patieris viuere. Ex his enim Manichei sumunt causam calumniandi: dicētes ꝙ legislator sibijpsi cōtradicit ⁊ contraria p̄cipit. Et p̄cipue dicunt ꝙ non licet sacerdotem esse occisorem: quia dictum est Petro: mitte gladium in vaginā: ⁊ hoc est cōtra p̄latos ecclīasticos q̄ iudicium exequendo ⁊ īperādo gladios accipiunt ⁊ alios occidunt: vnde Manichei tāta diligentia mandatum hoc obseruare curabant: ꝙ refugiebant occidere nō tantū homines scꝫ et bestias ⁊ ꝟgultas: qua propter antiqui Manichei nolebant de fructibus arborum carpere et comedere. Nimiꝝ cū dicit aplus ad Roma. xiij. Qui ordinationi dei resistit sibijpsi damnationem acquirit: sed per ordinationem diuine prouidentie cūcta viuētia conseruantur. Ad hoc dicendū sm̄ Tho: scđa scđe. q. lxiiij. ⁊ primo q̄tū ad omnia viuētia: ꝙ nullus peccat ex hoc ꝙ ad hoc vtitur aliqua re ad quod est a deo cōdita vl̄ ordinata. Nam in ordine rerū īperfectiora sunt ꝓpt̄ ꝑfectiora: sicut etiam in via generationis natura procedit ab imperfectis ad perfecta: ⁊ īde est ꝙ sicut in generatione hominis prius est viuum: deinde animal: ⁊ vltimo homo: sic etiam ea que tm̄ viuunt: vt plante sunt cōmuniter propter animalia. ⁊ animalia ꝓpter homines: et ideo si homo plātis vtatur ad animalium vtilitatez: ⁊ animalib⁹ ad hominum vtilitatem non est illicitū: Inter alios aūt vite huius vsus maxime necessarius esse videt̄ vt animalia plantis vtant̄ in cibum ⁊ homines animalib⁹ qđ sine mortificatione eoꝝ fieri non pōt: ⁊ ideo licitū est plantas mortificare ad vsū animaliū: ⁊ animalia in vsū hoīm: ⁊ hoc ordinatiōe diuina. dicit̄ em̄ Gen̄. j. Ecce dedi vobis vniuersam herbā ⁊ vniuersa ligna vt sint vobis in cibū ⁊ cūctis animātib⁹ Et iteꝝ Gen̄. ix. Omne qđ mouet̄ ⁊ viuit erit vobis in cibū. Hinc dicit Augusti. j. de ciuitate dei. Cum audimus nō occides: nō accipimus hoc dictū esse đ frutectis qꝛ nullus ē eis sensus: nec de irrationabilibus animalib⁹ qꝛ nulla nobis ratiōe sociantur. Et iteꝝ ibidem Iustissima ordinatione creatoris et vita et mors eorum nostris vsibus subditur. Quantum aūt ad creaturam rationalem dicenduꝫ

q̄ sicut impfectū ordinat ad pfectū ⁊ sō licitū est occidere aialia bruta: q̄z uaturaliť ordināť ad usum hoim. sic etiā ps ordinat ad totū ut impfectū ad pfectū ⁊ ideo naturaliter omnis pars est propter totum. ¶ Hinc videmus q̄ ad salutē totius corporis expediat p̄cisio mēbri putridi nunc laudabiliter abscindit: quelibet autem persona singularis comparatur ad totam cōmunitatē sicut pars ad totū: ⁊ ideo si quis est periculosus cōmunitati et corruptiuus ipsius zpter aliquod crimen: tunc laudabiliter occiditur ut bonum cōmune cōseruetur. Modicum em̄ fermentū totā massam corrūpit. Et hoc intelligit dñs quādo dicit Exo. xxij. Maleficos non patiaris viuere. qđ tñ non est generaliter intelligendum de omnibus peccatoribus: q̄z dñs Mat. xiij. p̄cepit zizania crescere ne simul eradicaretur ⁊ triticū: ꝫ p̄ferām quādo mali sic latēt inter bonos: q̄ occidi non possent quin occiderent ⁊ boni: vel q̄ multos habent sequaces: ita q̄ sine bonorum periculo occidi nō possent: q̄n ꝫo ex malorum occasione nō immineret periculū bonis sed magis tutela ⁊ salus: tunc mali debēt occidi si fuerint alijs grauiter nocentes. Ex dictis igitur patet. q̄ cū iudex reū iuste condemnat ordine iusto seruato: ⁊ minister taliter condēnatum occidit. nunc homicidium non est peccatum ꝫ meritorium dūmodo fiat amore iustitie ⁊ p̄ seruatione boni cōis ⁊ reipub. hominis em̄ occisio fieri p̄hibet ab hoie nō a lege q̄ p̄cepit: maleficū nō pa. vi. quoniā deꝰ qui condidit est ⁊ conseruator legis ⁊ nature p̄cipit hominē p̄uari vita q̄ uult ⁊ quō uult. Et ergo ꝺ hoiem occidere. q̄ minister legis eū occidit seruato iusto legis ordine. ℬ Ad cuius euidentiā sciendum q̄ tria requiruntur ad hoc q̄ occisio hominis ꝫ legē iusta reddit. s. q̄ hoc fiat iusto ordine. iusta cā ⁊ iusto animo.

¶ Primo requiritur ordo iustus ad interficiendum reum. q̄z malefactorē non accusatū vl̄ nō cōuictum occidere nō licet. vñ Augu. in eme. de penitentia. Multi corriguntur ut petrus. multi tolerantur ut iudas: multi nesciunt donec dñs veniat qui illuminabit abscondita tenebrarum: nos vero a cōtione quemq̄ p̄hibere non possumus. nisi aut sponte p̄fessū. aut in aliquo seculari vl̄ ecclesiastico iudicio noiatuz vl̄ conuictum. 2. ñ. q. j. dicit canon Eleutherij pape. Nihil contra quēlibet accusatū absq̄ legitimo ⁊ idoneo accusatore fiat. Et imperator Constantinus dicit ibidē. c. Iudex criminosum discutiens: nō ante sentētiaz p̄ferat q̄m aut reum ipse se p̄fiteatur: aut p̄ innocentes testes p̄uincat. Ad tenendū igit̄ in punitione reoꝝ iustū ordinē requirunt duo. Primo q̄ puniens habeat officiū iudicis. Secō q̄ p̄cedat fm ordinē iuris: q̄z non est dñs sed minister legis: vñ. xxiij. q. v. c. j. sup illud Mat. xxvj. Omnis qui acceperit gladiū gladio peribit: dicit glo. q̄ solus iudex occidere potest: ⁊ hoc tantum fm legem cuius est minister: non autem tanq̄m p̄uata persona. quod patet ex p̄sse. e. ri. vbi dicitur: ca. miles cum obedientes potestatibus sub quib⁹ legitime constituť⁹ est hominem occidit: nulla ciuitas siue lege reus homicidij est. immo nisi fecerit reus imperij desertu atq̄ contēpti erit: q̄ si sua sponte atq̄ auctoritate fecisset crimen effusi humani sanguinis incidisset: itaq̄ vnde punit si inuisus fecerit. inde punietur si non fecerit iussus: ꝺ ibi. ¶ Hic queri pōt vtrum liceat p̄uate p̄sone malefactorem ⁊ motus reum occidere: p̄sertim cū Exod. xxij. p̄ceperit moyses Occidat vnusquisq̄ p̄ximum suum fratrē ⁊ amicū suum ꝫz p̄ peccato vituli cōflatilis. Vnde cum occisio malefactorum sit vtilis reip. ⁊ bono communi. Ad hoc respondet Tho. ſecūda ſecūde. q. lxiij. q̄ ex quo malefactorem occidere licitum est in quantum ordinatur ad salutem totius communitatis: ideo ad illum solum pertinet occidere cui committitur cura cōmunitatis conseruande: sicut ad medicum pertinet p̄scidere membrum putridum: quando fuerit ei cōmissa cura salutis totius corporis: cura autem communis reipub. cōmissa est p̄ncipibus habentibus publicam auctoritatem: et ideo eis solis licet malefactores occidere. nō autem p̄uatis personis. nec quidem laicis. quia q̄ius cuilibet p̄uate p̄sone licitum sit aliquid facere ad communem vtilitatem: dūmodo nulli noceat tamen si fieret cum alterius nocumento: tunc facere non potest nisi fm iudicium eius ad quem pertinet estimare: qđ sit subtrahendum paruis ꝫo salute totius. Multominus hoc licuerit clericis duplici ratione. Primo quoniā electi sunt ad altaris ministerium in q̄ repsentatur passio christi: occisi qui cum persecutur non repercutiendo: vt dicitur primo Pe. ij. Hinc eis non competit vt sint p̄ussores aut occisores: quia ministri domini sui imitari debēt: fm illud Ecci. x. fm mdicez populi sic ⁊ ministri eius. ¶ Secundo quia clericis ministerium noue legis

committitur in qua non determinatur pena mutilationis vl' occisionis corporalis: ⁊ ideo vt sint idonei ministri noui testamenti: debēt a talibus abstinere: presertim cum dicit apostolus. j. Timo. iij. Oportet episcopum sine crimine esse: non vinolentum: non percussorē vnde licet sacerdotes veteris legis maleficos interfecisse legimus: vt patet de phinees sacerdote: qui interfecit israhelitam coeuntē cum madianite: vt dicitur Numeri. xxv. ⁊ de Samuele qui regem Achab interfecit: ⁊ de Helya qui sacerdotes Baal peremit: ⁊ sic de alijs: quia tamen ministerium clericorum noui testamenti constat i melioribus ordinatum q̄ sint occisiones corporales scilicet in his que pertinent ad salutem spiritualem: iō non congruit eis q̄ minoribus se ingerant: q̄propter ecclesiarum prelati recipiunt quidez officia principum terre: non vt ipsi iudicium sanguinis per seipsos exerceant: sed q̄ eorū auctoritate per alios exerceantur. ¶ Quod si queritur an liceat interficere furem qui venit ad furandum. ¶ Ad hoc dicendum q̄ furem diurnum non licet occidere nisi telo se defendat: vt extra de homici. ca. si perfodiens. Furem vero nocturnum qui non poterat discerni vtrum ad furandum vel occidēdum venerat: nec alias poterat deprehendi. licite p̄t occidi si tamen sine lesione dep̄hēdi poterat tenet' ille qui eum occidit. Multomagis aūt nocturni depopulatores agroꝝ ⁊ latrones i sidiantes in publicis stratis quilibet occidere potest. Hec patent. xxiij. q. v. c. cum homo. in glo. ⁊. C. quando lice. vincu. sine. iu sen. se vindi. l. j. Additur etiam in dicta glo. q̄ nullo iure inuenitur q̄ fideiussor occidi possit si non exhibet illum pro quo fideiussit pro reo criminis: sed si fideiussor sine dolo reum crimis non exhibet pecunialiter punitur si autem dolo eum non exhibet: punitur arbitrio iudicis vt: ff. de exhiben. reis. l. si quis reum. ¶ Secundo principaliter requiritur causa iusta q̄ tunc deest quando quis occiditur sine suo demerito licet seruetur iuris ordo: quia forte p falsos testes conuincitur: sicut Susanna ac iudices quadam negligentia torpentes debitam inquisitionem non adhibēt: ⁊ sic omnes homicide reputantur: qui sententiam iniustā dederunt: aut aliquo modo promotores fuerunt. Sic Nabuth ad instinctum regine iezabel iniuste condemnatus ⁊ occisus est scilicet ꝓpter vineam suam. Sic Joseph in carcerez missus est: eo q̄ dominus eius mulieri propenimium credulus rei veritatem non est inuestigatus.

¶ Qd̄ si querit' vtrum in aliquo casu innocentem interficiens excusetur ab homicidio. Ad hoc dicendum q̄ occidere innocentem p falsos testes accusatum: ⁊ condemnatum: q̄nq̄ excusatur a peccato: nec reputatur pro homicidio duplici causa. Prima est. quia talis n̄ condemnat eum qui est iustus inquantum iustus: sed inquantum est iniustus conuictus ⁊ dignus morte probatus: ⁊ sic conuictum nocentem condemnat. Secunda est: quia talis iudex s̄m allegata sententiam ferens nō occidit innocentem: sed qui eum accusant ⁊ falso nocentem asserunt. Si tamē iudex immunis vult esse a peccato: tria debet obseruare que tangit etiam Tho. scd̄a scd̄e. q. lxiij. Primuz est q̄ diligentissime testes examiet vt eos valeat de falso testimonio conuincere ac repellere: innoxiumq̄ liberare: sicut fecit Daniel Susannam liberans: Unde Job. xxix. Pat' eram pauperum ⁊ causam quam ne sciebam diligentissime inuestigabam. conterebam molas iniqui ⁊ de dentibus illius auferebam p̄dam. Secundo si non potest sic proficere tūc debet eum mittere ad superiorem per eum iudicandum. Tertio si nō potest subterfugere quin illum iudicet: tunc debet differre sententiam inquantum potest: tandem vero cum se non potest amplius excusare iuridice nec protrahere quin iudicet: tunc non peccat s̄m allegata sententiam ferens quoniam ipse non occidit innocentem: sed illi qui eum asserunt nocentem. Minister vero innocentem condemnantis si sententia continet intolerabilem errorem non debet obedire: quia reus homicidij fieret. alias enim excusarentur carnifices qui martyres occiderunt. Qd̄ si non continet manifestam iniusticiam: tunc non peccat mādatum exequendo: quia superioris sententiā discutere non habet. nec ēt innocentē occidit sed iudex cui tantum ministerium adhibet. ¶ Tertio principaliter requiritur animus iustus de quo habetur. xj. q. iij. c. ep̄us aut presbyter. §. si ergo: vbi subditur. Ex animo iniusta ē sentētia: cū aliquis seruata integritate iudiciarij ordinis in adulterū vl' quēlibet criminosuz. nō amore iusticie sz liuore odij vl' p̄cio aut fauore aduersarioꝝ inducto sniaz ꝓfert: Et. c. sequen̄. vñ nec in iudice nec in ministro alia interficiendi maleficum potest esse intētio

q̃ zelus iustitie ⁊ bonum reipub. vt patet ibidem in diuersis .c. Ex his ergo patet: q̃ si aliquod predicioꝝ trium defuerit occisio iniusta reputabit: ⁊ omnes ad hoc scienter vel negligenter ignorantia crassa cooperantes homicidij reiure poli iudicabunt. Patet etiam ex dictis q̃ fallaciter se plerumq̃ vicia mentiunt esse virtutes: dum sub pallio virtutis iustitie plura homicidia: que grauissima sunt peccata nequiter cõmittunt. Hinc Bern. super cãtica sollicite superiores quosq̃ instruit dicens q̃ mens que in magnã celsitudinis perfectionem cõtendere nititur: actus suarũ virtutum debet in puluerem redigere: hoc est omnis circũstantias ⁊ intentiones actuũ subtili mentis cõsideratione discutere: ne aliquid impurum in ipso actu ⁊ intentione virtutũ valeat latitare: quia multotiẽs aliquis actus virtuosus estimatur: qui si subtiliter discutiatur: latens in eo vitium reperitur. Denique vbi hec tria concurrunt: ibidem interfectio reorum est non solum licita sed ⁊ meritoria: imo plerumq̃ obligatoria: vt patet .xxiij. q. v. c. rex debet. Unde si iudex pretermitteret: ⁊ in talibus facere iustitiaꝫ: principaliter prece: precio: fauore ⁊ sic de aliis grauissime peccaret: etiam si de maleficio spes emendationis haberetur: q̃ hoc esset vendere iustitiam. Si tamẽ in eo casu parceret illi principaliter ex compassione ⁊ pietate: ac adderet illi secundario satisfactionem pecuniarũ: hoc licitum esset ⁊ pium: prout determinat August. longo processu .xxiij. q. v. circumcelsiones: veruntamen si nõ esset spes correctionis: tunc debet eum occidere vel inutilem reddere ad malefaciendũ: alioquin grauissime peccaret ⁊ omniũ maloruꝫ particeps fieret: vt patꝫ .xxiij. q. iiij. c. est iniusta misericordia: vt ponit exemplũ de Agag pingnissimo. Et subinfert textus. Ita si quis latonum filijs deprecantibus motus: ⁊ lachrymis coniugis eius inflexus soluendum putat: cui adhuc latrocinandi aspirat affectus: nõne innocentes tradit exitio id est morte: qui liberat multoruꝫ exitia cogitantem. Ubi etiam querit glo. dicens. Cur hic redarguit ecclesia iudices qui reprimunt gladium non occidendo reum: cũ j. q. v. c. j. ⁊ c. de occidendis: precipiat reos nõ occidi. Et respondet q̃ hic loquitur de in corrigibilibus ibi de corrigibilibus: ⁊ q̃ ecclesia mitius punit in sanguine q̃ lex ciuilis: ideo iudicat corrigibiles esse parcendos: incorrigibiles vero nõ soluendos vel taliter puniendos q̃ ad malefaciendũ reddantur inutiles. Ad laudem dei omnipotentis.

¶De occisione alterius propter defensionem suijpsius vel rerum suarũ aut personarũ coniunctarũ ⁊ de homicidio casuali. ¶Sermo. ij.

Non occides. Uiso de homicidio quod fit per iustitiam dictantem: secundo loco prosequendũ est de homicidio quod cõmittitur propter necessitatem cogentem. Ad cuius euidentiã primo queri potest: vtrum alicui liceat alium occidere seipsum defendendo ne occidatur: presertim cum homicidiũ sit grauius peccatum q̃ simplex fornicatio vel adulterium: sed nulli licet cõmittere simplicem fornicationeꝫ vel adulterium aut aliud quodcunq̃ mortale peccatum pro conseruatione vite proprie: quia vita spiritualis est preferenda corporali. Hinc etiam dicit Augustinus ad plebeculaꝫ de occidendis hominibus ne ab eis quisq̃ occidatur: non mihi placet consilium ne forte sit miles aut publica functione teneatur: vt non pro se hoc faciat: sed pro alijs: accepta legitima potestate si eius cõgruat persone. Ad hoc respondet Thomas secũda scde. q. lxiiij. q̃ ex actu alicuius seipsum defendentis: effectus duplex sequi potest. Unus quidem est conseruatio vite proprie. Alius est occisio inuadentis. Actus ergo huiusmodi ex hoc q̃ intenditur conseruatio vite proprie non habet rationem illicitũ cum hoc sit cuilibet naturale q̃ se conseruet in esse quantum potest: aliquis tamen effectus ex intentione bona prouenieñs illicitus reddi potest: si non sit fini proportionatus: ⁊ ideo si quis ad defendendam propriam vitam vtatur maiori violentia q̃ oportet erit illicitũ. si vero moderate violentiã repellit: erit licita defensio: quia ꝑmiura: vim vi repellere licet cũ moderamine inculpate tutele: nec est necessarium ad salutem vt homo actum moderate tutele pretermittat ad euitandum occisionem alterius: quia plus tenetur ꝓuidere vite sue q̃ vite alterius: sed quia hominẽ occidere nõ licet nisi auctoritate publica propter bonũ cõmune: ideo illicitum est q̃ homo hominẽ occidere intendat vt seipm defendat nisi ei qui publicã habet auctoritateꝫ: qui

scz intendens occidere hominem ad sui defensionem: refert hoc ad bonum publicū vt pz in milite pugnante cōtra hostes: z in ministro iudicis pugnante cōtra latrones: ꝙuis isti etiam peccent si priuata foueantur libidine: si enim quis priuatus intendat hominē occidere vt seipm a morte defendat: mortaliter peccat z homicidiū committit: sed propie defensio erit in intentione z interius aduersarij erit preter intentionem ex sola necessitate: multo magis omnibus prohibetur defensio que fit cum liuore vindicte. Ad obiectum ergo dicendum ꝙ nō est simile de fornicatione: quia actꝰ fornicationis vel adulterij nō ordinatur ad pseruationē vite propie ex necessitate sicut actus defensionis ex quo qnqꝫ sequitur homicidiū. Superaddit etiā Hein. de vrimaria: ꝙ si tale homicidium contingit ex euitabili necessitate: vt quia potuit effugere sed nō fugit propter verecundiā vel aliam causam: tunc non excusat a toto sed a tanto: qz melius fuisset ꝙ fugisset: z ideo tanꝫ pro mortali debet agere penitentiā. Si vero cōtingit ex ineuitabili necessitate: vt qua facultatem inuasorem effugiendi non habuit: tunc si non occidit liuore vindicte vel ex impetu ire: sed amore conseruationis vite propie se simpliciter defendendo ne vitam perdat: cum moderamine inculpate tutele: hoc cōcessum est viris imperfectis sed nō perfectis vt dicit Augu. in li. de li. arbi. z ideo talis excusat a toto: quia nō potuit aliter occisionis periculum euadere: nec astringitur ad penitentiam nisi ad cautelam propter ambiguum dubieratis: vt patet. xxiij. q. v. c. ercōmunicatoꝝ. in textu z glo. potest enim timere si forte dd duplicitatis pro humana fragilitate in eodem incurrerit flagitio scz ꝙ non solum illum occiderit ex necessitate se defendendi sed etiam ex iracundia vel indignatione aut ex libidine vindicte. Insuper interiorem penitentiam semper agere debet z quasi peccatis suis ascribere: ꝙ intantam venit necessitatem: z in hoc conco. Goffre. z Hostien. ¶ Secundo queri potest: vtrum ergo liceat alicui aliū occidere pro defensione rerum suaꝝ: sicut pro defensione coꝝporum. Ad hoc dicendum ꝫm doctoꝝs z etiam glo. in. c. significasti. ij. extra de homici. ꝙ omnes leges z omnia iura que loquuntur de hac materia: concedunt vim vi repellere posse tam in defensione rerum ꝙm pꝝsonarum: dummodo moderamen inculpate tutele non excedat: quia defensio tunc redditur illicita. Quantum tamen ad defensionē rerum hoc intelligendū est: quod scz iniuriam rebus illatam quis statim potest z debet propulsare si vult. Quomodo aūt istud statum intelligitur: dicunt ꝙ attendi debet defendendi cōmoditas: quia nō debet se quis statis exponere sine socijs contra multitudinem sua bona auferentem: sed in hoc inspicitur cōmoditas vt socios z amicos possit cōuocare: domū intrare: arma capere: z hoc quantocius fieri potest: alias enim esset guerra que non esset auctoritate propria mouenda: vt patet extra de iureiuran. c. sicut: nec etiā iniuria facta persone moram aliquam expectat: sed vt dicitur in dicto. c. significasti: fieri debet in continenti qz si fieret ex intervallo tūc esset vindicta. ¶ Qō autem iniuria facta rebus in cōtinenti propelli debet: intelligitur quo citius fieri poterit arbitrio boni viri: nam ibi debet attendi qualitas deijcientis z deiecti z rei ex qua deiectus est: Si enim priuatus deijcit alium: tunc requiritur modicus apparatus ad recuperādū possessionem scz biduo vel triduo: ꝙ si nobilis expellit aliquē de castro: tunc ad recuperandum requiritur magnus apparatus: qui forte fieri nō poterit in sex mensibꝰ z sic incontinenti diceretur fieri quādo cōmode potest fieri. Volunt tamen quidā ꝙ ꝙuis pro pseruatione vite propie liceat imperfectis in ineuitabili necessitate aliū occidere: minime tamē hoc licitū est pro pseruatione rerū temporaliū qz proximi vita fortune rebus est pferenda nisi forte quis ex taliū ablatione: simul z vite necessaria auferret vt si quis in deserto posset tantū vnū panem haberet: tunc videtur ꝙ illum pro necessitate sui victus sicut z personam propriam defendere z cōseruare posset. ¶ Tertio queri potest incidentaliter occasione eoꝝ que nunc dicta sunt: vtrum fames faciat aliquid licere quod alias non liceret: pcsertim cum dicitur. xxx. q. iij. c. sicut. ꝙ sanctius est mori fame ꝙm idolaticis vesci: ex quo videtur expresse ꝙ propter necessitatem famis nō licet commuti aliquod peccatum: quod extra necessitatem esset mortale peccatum. Ad hoc respondet ibidem glo. super eodem. c. ꝙ talis necessitas non habet legem: sed propter necessitatem famis auferri aliena licitum esset: sicut fecerunt apostoli vellentes spicas: vt patet de conse. di. v. c. discipulos. Similiter in illo casu furari licitum est: vt patet extra de fur. c. si quis in glo. Sic etiam homicidiū cōmit-

re licitum est: vt ptz extra de homici. c. si per-
fodiens. ꝛ. c. interfecisti. in glo. Licitū ē inquā
in q̄dragesima comedere carnes vt ptz extra
de obserua. ieiu. c. ꝯciliū. ꝑ ꝯsequēs igit̄ licitū
est ꝓpter necessitatē famis comedere de ido-
laticis. dūmō tamē h̄ nō fiat in venerationez
idoloꝝ: vt dicit glo. in dicto. c. sicut: ꝛ addit ꝙ
nulla necessitas hominē excusare p̄t a forni
catione vt patz. ff. de ritu nup. l. palā. §. nō est
ignoscendū. ¶ Qz si q̄ritur causa cur ꝓpt̄ ne-
cessitatē famis excusat̄ a furto ꝛ nō a fornica-
tione. Respondet glo. extra de fur. in. c. si quis
ꝙ mulier nō excusat̄ a fornicatione ꝓpter ne-
cessitatem famis sed a furto: quia propter ne
cessitatem res facta ē communis: in fornica-
tione autē non est ita: ꝛ ideo debet potius ma
la quelibet pati q̄ꝫ malo cōsentire. Ulterius
querit glo. quare excuso: ab homicidio si ex
necessitate me defendendo aliquem occido ꝛ
non a fornicatione. Ad hoc respondet: non
interficio sed potius ipse se interficit qui me
aggreditur. vt. ff. si quadrupes paupe. fe. in
§. arietes. ¶ Quarto queri potest: vtrum q̄-
libet proximum a morte liberare teneatur vl̄
defendere cum potest: presertim cum iniuste
inuaditur: sicut sonare videtur textus. extra
de homici. in. cap̄. sicut dignum. §. illi etiam.
vbi dicitur: Qui potuit a morte hominem li-
berare ꝛ non liberauit eum occidit. Ad hoc
respondet quidam ꝙ hoc intelligitur de iudi
ce qui tenetur ex officio iniuriam a proximo
repellere. Alij vero dicunt ꝙ hoc est genera-
liter intelligendum de omnib⁹: ꝛ hoc videtur
esse rationabili⁹: quia quilibet ex debito cha-
ritatis a proximo tenetur iniuriam repellere
si sine proprio periculo facere potest: ꝛ hoc.
Hosti. ꝓbare videtur: quod etiam euidenter
docet instinctus naturalis in brutis animali-
bus. Inter alia nanq̄ patet hoc d̄ delphino:
prout docet ph̄us in. x. de animalibus: solus
enim delphin felle carex: ꝛ tammiro modo se
inuicem diligunt ꝙ si aliquis eorum mortu⁹
fuerit alij efferunt eum super scapulas ꝛ cu-
stodiunt ne ab alijs piscibus comedatur: quo
usq̄ a tempestate maris eijciatur. Refert eti-
am Plinius ꝙ delphino q̄dā a rege q̄dā ca-
pto reliquorum ingens conuenit multitudo
ad portum vbi delphin ligatus tenebatur qui
bus plangentibus ꝛ quasi miserationem po-
stulantibus rex eum dimitti precepit: non er-
go defendere proximum ab iniusta nece cum
sine periculo potest: est illum indirecte occide
re: in cuius argumentum videntes percute-
re clericum ꝛ cum possunt eum defendere si
defendunt: sententiam excommunicationis i
currunt: presertim si hoc eis incumbit ex offi-
cio. vel etiam s̄m quosdam cum hoc dolose
dimitterent: vt patet extra de sen. excom. c. q̄ꝫ
te presumptionis. ꝛ in glo. Ad hoc etiam ha-
betur ar. xxiij. q. v. c. administratores: in fi. ꝛ. q.
iiij. c. est iniusta misericordia: nam ꝛ simili mō
q̄s aliū idirecte occidit: victū illi necessariū
denegando ꝛ homicida reputatur. vnde di-
cit Ambrosius ꝛ habetur. lxxxvj. di. c. non sa
tis est: vbi subdit circa finez: pasche fame mo-
rientem: quisquis enim pascendo homines
seruare poteris si non paueris occidisti: ꝛ lxx
xiij. di. §. iij. Mortem enim languentibus pro
batur infligere: qui hanc cum possit non ex-
cludit. ꝛ. c. error. c. consentire. ꝛ extra de homi
ci. c. sicut dignū. §. illi etiam: vbi subdit. Qui
potuit hominē a morte liberare ꝛ non libera-
uit: eum occidit: sicut ꝛ animaꝝ homicida re-
putatur qui ꝓpria ignauia cum impedire pos
set sinit eas perire. vt patet di. xliij. c. ephesijs:
quod tamē de superioribus principaliter intel
ligitur: vnde subditur ibidē. Cum increpare
delinquentes noluerit eos ꝓculdubio tacēdo
pastor occidit. Ceterum est adhuc aliud ge-
nus occidendi indirecte. quo scilicet quis oc-
cidit sola defensione sine animo defendendi il
lum qui perpetrat homicidium exempli gra-
tia. Nam si vadis ad occidendum alium ꝛ te
ipsum illi scienter associas non tamen animo
ipsum incitandi vel iuuandi ad homicidium
perpetrandum nec super hoc cum eo verba
aliqua habuisti nec ipse tecum: vel etiam sibi
hoc ex animo dissuasisti: licet tibi noluerit ac-
quiescere. sed tu de ipso timens eo animo se-
cum pergis vt si forte alter supualeret. ꝛ hūc
insequeretur. tu ipsum defenderes: sicq̄ ꝓpter
tuam associationem animosior factus alium
occidit: tunc in hoc casu s̄m Hostien. efficiens
homicida defensione sola: vel solo animo de-
fendendi occisorem: quod etiam exp̄sse patet
extra de homici. c. dignum. §. illi etiā: ꝛ in glo.
nec em̄ poteris ꝓpter hoc ad ordines promo
ueri. quia irregularis efficieris: ꝛ sic intelligit̄
ꝙ sola defensione committitur homicidiū. ex-
tra de cleri. pugnam in du. ca. heinricus. in fi.
Ueruntamē istud ē intelligendum ꝓprie de il
legitima defensione: quoniā si quis iusto pre-
cepto iudicis: iusto consilio assessoris defensi-
one legitima homicidium incurrerit: nullum

homicidij peccatum perpetrauit. ¶ Tertio principaliter cõmittitur homicidium aliquãdo a casu preter intentionem occidẽdi vel ledendi: de quo queri potest. Q Vtrũ occidens hominem casualiter incurrat homicidij reatum presertim cum in decretis: distinct. l. plures inducuntur canones in quibus homicidia casualia puniuntur. Ad hoc respondet Thom. scõa scõe. q. lxv. q fm phm in. ij. phy. Casus est causa agens preter intentionem: & ideo ea que casualia sunt simpliciter loquendo non sunt intenta neq; voluntaria & quia omne peccatum est voluntarium fm Augu. cõsequens est q casualia inquantum huiusmodi non sunt peccata. Cõtingit tamen q id quod non est actu & per se volitum & intentũ esse per accidens volitum & intentum fm q causa per accidens dicitur remouens prohibens: vnde ille qui nõ remouet ea ex quibus sequitur homicidium: cum tamen remouere potest & debet. tunc erit quodam modo voluntarium homicidium. ¶ Ad cuius euidentiaz sciẽdum q homicidium fm Astẽ. cõmitti potest tribus modis. Primo modo dando operam rei licite: debitam q diligentiam adhibẽdo fm exigentiam operis puta si quis pulsauerit & lapis cadendo aliquem oppressit: & occidit: quod verisimiliter prius timere non potuit. vel si secans arborem in aliquo priuato loco vbi nõ est accessus hominum: & arbor cadens aliquem casu occidit: tũc enim nõ imputatur ei ad culpam: vt patet dist. l. vbi dicitur. c. hi. qui arborem incidere videntur: si cõtingat vt cadens arbor aliquem occiderit: inculpabiles sunt atq; innoxij: quia nec voluntate illorum nec desiderio homicidium perpetratum est etc. si duo fratres in silua arbores succiderint: et appropinquante casura arboris vnus frater alteri dixerit caue: et ille fugiens in pressuram arboris ceciderit et mortuus fuerit: viuens frater innocens de sanguine fratris germani diiudicetur. hec ibi.

¶ Secundo modo casu cõmittitur homicidium dando quidem operã rei licite: sed nõ adhibendo debitam diligentiã: vt si quis secat arborem in cõmuni transitu: et ante casum illius non circumspicit: nec alte clamauerit vt appropinquantes sibi caueant et tunc in talibus accõsimilibus casibus nõ ẽ immunis ab homicidio: quia non excusatur a toto sed a tãto fm gradum incurie proprie et negligentie. vnde dist. ex concilio Suarmatiẽ. dicitur. c. sepe cõtingit dũ quis operi necessario insistẽs arborem incidit: vt aliquis subtier ipsam veniens deprimat: et idcirco si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est vt homicida penitẽtie debet omnino submittq; si non voto sed incuria illius: nõ hec ei sententia contingit: et sic minus agendum est cum his quorum negligentia patratũ est homicidium q cum his quorum voluntate et industria factum est: sicut cum illo de quo legitur: vt refert Jacobus de vitriaco. q fuit miles quidam vnicum habens filium quem secum duxit ad prata. in quibus messores fenũ defalcabant: cum igitur paruulus in herba dormiret vnus de falcatoribꝫ falcem extẽdẽs ignoranter interfecit. Quod audiens pater dolens & eiulans filium sepelliuit: Cõtigit autem vt in die parasceues dictus pater nudis pedibus ecclesias visitaret. venit ille obuiaz dictus homicida filij sui funẽ in collo gestãs qui flexis genubus fusis lachrymis & iũctis manibus ait. Domie pro illo qui hodie mortem suam inimicis indulsit: & pro suis interfectoribus exorauit. Supplico vt mortem filij vestri quem ignoranter interfeci mihi indulgeatis: ad cuius vocem pater ad misericordiam motus occisori statim filicidij piaculum indulsit: cum igitur ingressus fuisset ecclesiam & veniret ad deosculandũ crucẽ: statim imago crucifixi clauis cruci cõfixa manus & brachia de cruce laxauit & amplexans militem cum dulciter osculatus est.

¶ Tertio modo casu committitur homicidium operam dando rei illicite. puta quia proiiciebat lapidem vel iaculum siue in ludo siue corporis exercitio versus locum vbi solet eẽ transitus hominum. & tunc reus tenetur homicidij: q si faciat in loco priuato: vbi non estimatur accessus hominum nõ excusatur a toto sed a tanto: quia dedit operam rei illicite vel inutili. Ex dictis autem patet q in omni homicidio nõ volũtario sed casuali maxime respiciendum est si occisor dedit operam rei licite. vel illicite vtrumue debitam adhibuit diligentiã: ex hoc enim extra de homici. in. c. latore presentiũ: excusat clericus qui in ludo casu alium interfecit. Et ibidem in c. continebatur: nõ excusatur clericus qui in ludo casu laicum interfecit: vt patet in textu inuenib⁹. Et si queris rõnẽ diuersitatis: respõdet glo. in dicto. c. cõtinebat q secũdus dabat operã rei illicite ludendo scz cum laico: quod cleri-

tis non licet: vt patet ij.q.vij.ca.laicos.xxiij.distin.c.si igitur: in prin. ludus etiam ille clericis non congruebat eo q̃ pernitiosus erat: ludus autem pernitiosus non debet esse impunitus: vt.ff.de fur.in furti actione.§.cum eo: nec etiã occisor diligentiam adhibuit quam debuit: q̃ cum sciret ludi conditionem: non remouit a se falcem: ⁊ sic vbiq̃ fuit in culpa: primus vero ludebat cum clerico ⁊ licito ludo: ⁊ de illo cultello non sperabatur aliquod mortale: ⁊ alter qui mortuus est se potius ingessit: aliũ ad terram proijciendo: in cuius cultellum cecidit ⁊ occubuit qua propter ad terraz proiectus in culpa non fuit: sed qui ipsum proiecit. Ad laudem dei omipotentis.

¶Vtrum grauius sit occidere iustũ vel peccatorem de aborsu ⁊ occisione propria: an etiã pro castitate seruanda licet se committere periculo. ¶Sermo iij.

Non occides. Exodi.xx. Expediti de trib⁹ modis homicidij corporalis quod facto vel manu perficitur: iam quartũ breuiter prosequamur: qui modus cõmittitur impia voluntate impellente: ⁊ hoc homicidij genus habet proprie completam homicidij rationem: tam formalez q̃ materialem q̃d quis cõmittit vel in alterũ vl etiam in semetipm. In alterum aũt perficitur vel ex libidine vindicte: sicut intendens exercere vindictam in eo qui patrem eius interfecit. vel etiaz ex animi crudelitate quod execrabilius est: sicut latrones vel irrati occidunt hominem: vel deniq̃ ex cupiditate: fauore amore vel similibus affectib⁹ inordinatis que oĩa sunt in lege prohibita ⁊ crimina grauissima.

A Hic primo queri potest: vtrũ sit grauius peccatũ occidere inocentem ⁊ istũ q̃ occidere peccatorem: p̃sertim cum ingenere peccatorum que contra proximũ cõmittuntur: tanto videtur aliquid esse maius peccatũ: quãto maius infert nocumentũ illi in quem peccat: sed occisio plus nocet peccatori q̃ innocenti: qui de miseria huius vite per mortem transit ad celestem gloriã: cũ econtra peccator subita morte preuentus perdit pariter corpus ⁊ animã: que reseruata ad vitã presentem: reuocari poterat ad penitentiã. Ad hoc respõdet Tho.scda scde.q.lxiiij.q̃ nullũ hominem licz occidere sm se consideratũ quia in quolibet etiam peccatore debemus amare naturã quã deus fecit: que per occisionem corrumpitur: vnde peccatoris occisio tantũ redditur licita per cõparationem ad bonũ cõmune q̃d per eius crimen corrumpitur: vita vero iustoruz est cõseruatiua ⁊ promotiua boni cõmunis: quia ipsi sunt pars principalior multitudinis: ⁊ ideo nullo modo licet occidere innocentem quapropter plus peccat interficiens innocentem q̃ peccatorem: ⁊ hoc propter quatuor. Primo quia nocet illi quem ex debito plus diligere deberet: ⁊ sic magis agit contra charitatem: Secundo quia infert iniuriam illi q̃ est minus dignus: ⁊ sic magis agit contra iustitiam. Tertio quia priuat cõmunitatem maiori bono. Quarto quia ex hoc magis contemnit deum: sm illud Luce.x. Qui vos spernit me spernit: quod dominus ostendit cum dixit Saule saule quid me persequeris. Quod autem obijcitur de peccatore qui maius nocumentũ sustinet: vtpote perdens vitã pariter ⁊ animã. Ad hoc dicendũ q̃ in pensanda grauitate peccati magis est considerandũ illud quod est per se: q̃ id q̃d est per accidens: nã q̃ iustus occisus ad gloriam transeat: per accidens se habet ad occasionez. Ex dictis ergo satis perpendi põt: quante sit malitie paruulos innocentes iugulare: quoꝝ etiam oppressores homicide detestabilis iudicantur: presertim si volũtarie hoc faciant: q̃ si preter voluntatem ⁊ animũ occidendi contingat oppssio: non tamen excusantur oppressores si sua negligentia hoc actum est: vt quia secum in vno lecto posuerunt: vt expresse patet.ij:q.iiij vbi dicitur.ca.consuluisti.de infantibus qui in vno lecto cũ parentibus dormientes: mortui reperiuntur: ⁊ infra monendi nanq̃ sunt ⁊ protestandi parentes: ne tam tenellos secum in vno lecto collocent: ne negligentia qualibz proueniente suffocentur: vel opprimãtur: vnde ipsi homicidij rei iueniantur: vbi dicit glo: licet opprimens nocere noluit: dum tamẽ fuit inculpa licet leuissima. Culpa autẽ est q̃ a diligenti poterat preuideri ⁊ non est preuisum: ⁊ ideo tenetur in hoc casu quantum ad deum non tamen punietur ratione homicidij sed ratione negligentie: ita q̃ minor imponitur pena vel penitentia ab ecclesia pro negligentia quam si fecisset ex animo: vt patet distinct. l. vbi dicitur. capi. si quis voluntate homicidium fecerit: ad ianuam ecclesie catholice

milia. Judicatur insuper ab eodem mortale
pcm̄: quia ꝺ̄. j. Corꝫ. vj. Nolite errare: neq̄
fornicatores neq̄ idol̄ seruientes neq̄ adul
teri ⁊c. regnum dei possidebunt. Et iterum
ad Gala. v. pmissa fornicatione cum quibuſ

dam aliis vitiis subdit: quia tali agūt regnū dei non possidebunt. Hinc. xxxj. q. c. vlti. dicitur: ꝙ de periurio talis penitentia debet imponi qualis imponit de adulterio fornicatio homicidio ⁊ aliis criminalibus: ⁊ sic nunq̄ licuit habere cōcubinā. Ad obiectum igit dicēdum fm Tho. in. iiij. dist. xxxiij. ꝙ vbicunq̄ legitur in veteri testamento aliquos sanctos patres habuisse cōcubinas: vt Abraam Jacob David ⁊ similes qd̄ necesse sit a peccato mortali excusari: oportz eas esse matrimonio iunctas: ⁊ tñ dici cōcubinas: qz aliq̄d habebant de rōne vxoris ⁊ aliquid de rōne ꝯcubine. Nam fm ꝙ matrimoniū ordinat ad suum p̄ncipalem finez qui est bonū prolis: vxor viro cōiungit insolubili cōiunctiōe vel saltez diuturna: ⁊ ꝯtra hoc non est dispensatio. Sed q̄tum ad secundū finē qui est dispensatio familie ⁊ cōicatio operū: vxor ꝯiungit vt socia. Sed hoc deerat his que cōcubine nominabant vnde nec Abraam Agar cōcubinā ad petitionē Sare dimittere potuisset nisi prius sup h̄ ⁊ voluntatē dei per respōsuz recepisset Dicit eni Rich. sup. iiij. di. xxxiij. ꝙ. Agar fuit cōiuncta Abrae indissolubili vinculo q̄tum ad mutuā potestatē corpoꝝ: vnde fm rei veritatem fuit vxor: sed quia nō habebat auctoritatem matrifamilias in regimine domus ⁊ familie: nec proles sua succedere debebat in hereditatē: ideo quo ad hoc erat ancilla. Nec licitū fuisset Abraam eā a se eijcere ꝓpter monitionē Sare: nisi super hoc habuisset diuinū mandatū. Volunt aūt deus eos separare non q̄tum ad vinculū sed q̄tum ad cohabitationem ⁊ thoꝝ: ad significandū illud ministeriū qd̄ explicat ap̄ls ad Gal. iij. cū dicit. Abraaz duos filios habuit. Concordat etiaz ibidem Bonauen. Porro fm Tho. scda scde. q. cliij Judā excusare a peccato fornicādo cū Thamar nō est necessariū: qz fuit etiā actor venditionis Joseph. Dicūt etiā cōmuniter doctores: ꝙ licz Osee primo videt dñs p̄cepisse ꝙ Osee fornicatricē accipiens faceret filios fornicationū: ꝙ tñ eā acceperit in vxorē: sicut etiā textus sonare videt qui dicit. Sume tibi vxorem fornicationū. Et hoc non solū licitū est: vt ptz. xxxij. q. j. c. integritas. §. cū ergo: ⁊. c. nō est culpandus: sed etiā meretur talem de sterquilinio vitioꝝ extrahens: vt ptz extra de spōsa: vbi dicit. c. Inter opera charitatis nō minimū est errantes ab erroris sui semita reuocare. Et infra. Statuimus vt oībus qui publicas mulieres d̄ lupanari extraxerint ⁊ duxerint in vxores qd̄ agūt in remissionē ꝓficiat pctōꝝ. B Qd̄ si q̄s contendat tales fuisse dūtaxat ꝯcubinas nō vxores: sup h̄ q̄ri pōt: virū ꝯcubitus ꝯcubinarius ex dispensatione diuina possit fieri sine pctō mortali: p̄sertim cū dinoscit esse ꝯ vnū de p̄ncipijs legis nature. s. ꝯ bonū ꝓximi. Est eni ꝯ bonū ꝓlis q̄ est p̄ncipalis finis carnalis ꝯcubitus fm naturale iudiciū rōnis: finis aūt p̄ncipiū est in moralib. Ad hoc rñdet Rich. vbi supra: ꝙ talis ꝯcubitus vt in pluribꝫ est ꝯ bonū prolis: quia tollit debitū ordinē parentū ad prolem. Dicit eni Aug. ix. super Gen. ꝙ bonū ꝓlis est vt amanter suscipiat benigne nutriat ⁊ religiose educet: quo bono vt in pluribꝫ caret ꝓles genita p cōcubitū fornicariū. Quia tñ cōtigere pōt ꝙ homo cū muliere ꝯueniat cū qua non est matrimonialiter iūctus: ⁊ mulier cū viro ꝓpter bonū prolis: ⁊ prolē amanter suscipiāt benigne nutriant ⁊ religiose educent: ⁊ ideo videt ꝙ si nō obstaret aliud q̄ ratio supradicta: ꝯcubitus cōcubinarius in p̄dicto casu posset per dispensationē cōditoris legis nature nō esse pctm̄ mortale. Ergo dicendū: ꝙ adhuc est alia rō: qz scz in nullo casu pōt fieri nude vel absq̄ corruptiōe debiti ordinis ad deum. Nam talis viri cōcubitus semp est cū nō sua q̄tum ad talē vsum: ⁊ ideo semp corrumpit debitū ordinē ad dominiū rei: ⁊ qz mulier nō est suijpsius sed dei: iō vir se carnaliter copulās cū muliere nō sua: q̄tum ad talē vsum debitū ordinē ad deū corrūpit: deus aūt facere nō pōt ꝙ actus corrūpens ordinē debitum ad ipm̄ sine pctō mortali fieri posset. Et eadē ratio est fm Rich. vbi supra di. xxviij. cur non pōt cōtrahi matrimoniū ad tp̄s qz seruus alicuius dñi habentis sup ipm̄ plenitudinē ptātis: non pōt sine cōcessione dñi illius ⁊ auctoritate: alteri cōcedere qualemcūq̄ ptātem in corpus suū: sed quilibet hō seruus est dei. qui sup quemlibet hoīem habet omnimodā plenitudinē potestatis: hinc nullus vir mulieri cōcedere pōt aliquā potestatē in corpus: nec ecōuerso nisi ex concessione dei explicita vel implicita. Deus aūt nō solum non ꝯcedit sed etiam prohibet inter virū ⁊ mulierē fieri mutuā concessionē suoꝝ corpoꝝ q̄tum ad cōcubitū carnalem tp̄s: vt ptz Matth. xix. vbi dicit. Quos deus cōiunxit homo non separet. Verum est tñ: ꝙ deus tanq̄ superior dñs super virū ⁊ mulierē plenitudinē ptātis habēs

facere posset: q licitū esset viro ⁊ mulieri ꝓcedere sibi mutuo ptātem corpoꝝ suoꝝ ad tps: q̄uis hoc licitū esse non posset nisi p auctem diuinā. Vñ dicit Tho. ſcḋa ſe. q. cliij. q fornicario dicit esse pcm̄ in q̄ntum est ꝫ rōnem rectā: ratio aūt hois est recta fm qḋ regulat voluntate diuina q̄ est ṕma regula ⁊ summa: ⁊ iō qḋ homo facit ex volūtate dei obediens eius pcepto: non est ꝑa rectam rōnem: q̄uis esse videat ꝑa cōmunem ordinē rōnis: sicut etiā non est ꝑa naturā qḋ miraculose fit virtute diuina: q̄uis ꝑa cōmunē cursum nature. Et ideo sicut Abraā nō peccauit filiū innocentez volendo occidere: ꝓpter qḋ obediuit deo: q̄uis hoc fm se ꝓsideratū sit cōtra ꝫ rectitudinē rōnis humane. Sic etiā Oſee nō peccauit ex pcepto diuino fornicādo: nec talis cōcubitus fornicatio ꝓprie dici debet: q̄uis fornicatio noietur ad cōem cursum referendo. Sic etiā Jacob excusat a mendacio. xxij. q. ij. queritur. ℔. item opponit: ⁊ israelite a furto. xlij. q. v. dixit dñs: ⁊ Samson ab homicidio. Similiter ⁊ Abraā: vt ptz. xxij. q. v. c. si nō licet: circa fi. ⁊ etiā Phinees: vt ibidē. q. viij. c. occidit. Et sic ptz q ois fornicarius ⁊ ꝓcubinarius cōcubitus est ꝓhibitus: nā in lege nature q̄ etiā in lege Moyſi ⁊ gratie. Maxime tñ ꝓhibitus est ꝓcubitus hmōi cū meretricib: vt. xxxij. q. iij. c. meretrices. esse ⁊ ad meretrices accedere ꝓhibet dñs: ſez Deut. xxiij. vbi dicit. Non erit meretrix de filiab israel neq̄ scortator de filijs israel. ¶ Pro quo nota fm Aſten. q meretrix dicitur duob modis. Uno modo q̄ vagā sequit libidinē. Et dicit vaga libido ad differentiā fornicatiōis in qua est determinata libido respectu vnius persone: vt cū vna vni adheret extra q̄dlibet vinculū ſez matrimonij voti ꝓsanguinitatis affinitatis ⁊ similiū. Alio mō dicit meretrix cui⁹ publice venalis est turpitudo: ⁊ ad talē accedere ꝓhibz dicta auctoritas: vnde meretricū est damnatū: licz sub dissimulatiōe permittat ecclesia: forte fm Hoſti. vt maius malū euitet: qz qui nimis emungit elicit sanguinē. Et fm leges meretrices sunt viliſſime quas iudicat lex indignas legū obſeruatione seu per legē illaqueari. C. de adulte. l. q̄ a dulterij: in fi. Et licet quidam somniare conant illicitū cōcubitū cū meretrice minoꝝ ſ esse criminis q̄ cū alia soluta ⁊ corrupta: tñ hmōi non modicū errant ⁊ mentitā est iniquitas sibi: cū econtra talib cōmiſceri pcm̄ aggrauet. Cuius ratio est: qz cū putat ſe ſimplicē fornicationē ꝓpetrare cōmittit adulterij incestū ſacrilegij vel ſitta: vel saltez ſe cōmittit piculo ⁊ diſcrimini maioris pcti: cū ex oī statu mūdi libido meretricū accreſcit tā numero q̄ malitia. Hinc sup illud Deut. xxiij. nō erit meretrix ⁊c. dicit glo. q ad eas ꝓbibet accedere quarū est venalis turpitudo qḋ est ꝓprie meretricū. ❡ Ut aūt aliqualiter innoteſcat grauitas huius pcti ſciendū: q sunt quidā gradus luxurie q̄tū ad aggrauationē peccati. Primus ⁊ infimus gradus luxurie est ꝫſensus in delectatione pcti: de quo dicit Tho. ſcḋa ſe. q. cliij. art. iij. q nō solū cōſensus in actū ſed etiā ꝫſensus in delectatione mortalis pcti est mortale pcm̄. Sed de h̄ latius ptz ſermone. x. huius ꝓcepti. ¶ Secūdus vero gradus est cōſensus in actū pcti mortalis: ſez luxurie: qḋ grauius est q̄ ſolus ꝫſensus in delectionē. Et loquor hic ḋ ꝫſensu in actū ſimplicis fornicationis: qz ꝫſensus i ſtuprum raptū aduleriū aggrauaret peccatū. ¶ Tertius gradꝰ est cū talis ꝫſensus in actū ꝫfouet libidine ſenſuū exteriorū: vt viſu amplexu verbo tactu ⁊ ſimilib: de q̄ dicit in euangelio dñs: Qui viderit mulierē ad cōcupiſcentiam ⁊c. h̄ eni in ſuo genere ceteris paribz grauius est ꝓtioribz peccatis: q̄uis ex quibuſdā circūſtantijs poſſet ꝫ̄ium ꝫungi: vñ ⁊ in hac vltima peccati ſpecie illa pctā grauiora iudicant: q̄ vehementiorē libidinis ardorem exercitant: vñ fm Tho. vbi ſupra: licz iā dicta peccata fm ſe bonū ꝓprius humane nō impediāt h̄ñ tñ rationem pcti mortalis: eo q̄ ꝓcedunt ex libidine que radix est huius impedimenti. ¶ Quartū vero gradū tenet ꝫcubitus cū vxore qui p affectū excedit limites matrimonij vt cū ḋs attendit nō qz vxor ſz qz mulier: idē facere paratus ſi non eſſet eius vxor: talis eni peccat in duob. Primo qz nō intendit ꝓlē ſz libidinē: ⁊ ſic peccat ꝫ legē nature. Dicit eni Tho. ſup. iij. di. xxxij. q illa actio ḋr esse ꝫ legē nature qz nō est cōueniens fini debito: ſiue qz nō ordinat in ip̄m p intentionē agentis: vel qz de ſe nō est illi fini ꝓportionatus. Finis aūt quē ex ꝫcubitu natura intendit est ꝓles ꝓcreanda educāda ⁊ inſtituenda: ⁊ vt h̄ bonū q̄rere poſuit deus delectationē in coitu: vt dicit Cōſtantinus. Quintū ergo vnit ꝫcubitu ꝓpter delectionē q̄ in ipſo est: nō referendo ad finez intentū a natura: ꝓtra naturā facit: licet enaz ſit talis cōcubitus q̄ ad illū finem ꝓuenienter ordinari poſſit: ſicut in matrimonio; quia

non querit prolis procreationē sed proprie delectationē. Similiter fornicariā vel concubinam cognoscēs etiā cā prolis procreāde: cōtra naturā fac quia hoc est contra bonū prolis procreāde. et sic talis concubitus nō est proprie ad intentū finē referibilis: quia nec est heres successionis: nec sanguinis. nec est testis matrimonij sed adulterij: nec parentibus ē honori sed pudori: vt patet plane. xxxij. q. iiij. c. dicat aliqs. Hinc dicitur Ecci. xlj. Erubesce a patre et mre de fornicatione. Secundo vero peccat in hoc quod ex aliqua supputatiōe paratus eēt incidere fornicationē propter affectū libidinosū quē gerit ad propriā vxorē. scz in casu quo nō esset ei quod si esset vxor alterius tunc nihilominus deliberaret cū ea peccare: tūc iudicaret adulteriū. Ad laudem dei.

¶ De stupro et eius grauitate ac pena. Item de excellentia virginitatis et in quo proprie consistit virginitas. ¶ Sermo iiij

Non mechaberis. Exod. xx.

n Scda vero spēs istius mechie vocatur stuprum. De quo dicitur. xxxvj. q. j. in. §. cū g. Stuprū aūt est proprie virginū illicita defloratio: quā videlicet non precedente coniugali pactiōe vtriusque volūtate virgo corrūpit: patre iniuriā ad animū statim post cognitionē non reuocāte. Et istud quidē stuprum sicut est turpius exertitio: sic est maius in vitio quam simplex fornicatio: et comparat quodammodo adulterio. Dicit enim Ambro. lib. de patriarchis: Nemo sibi blandiatur de legibus: omne stuprum adulteriū est. ¶ Ad cuius euidentiā quāri pōt. vtrum stuprum poni debeat species distincta luxurie: pserim cuz stuprum importat illicitā virginum deflorationem: vt dictum est: sed hoc esse pōt soluti cum soluta quod ptinet ad fornicationem. Ad hoc rndet Tho. scda scde. q. cliiij. quod vbi circa materiam alicuius vitij specialis aliqua deformitas occurrit: ibi poni debet determinata species illius vitij. Luxuria vero peccatum est existens circa venereas delectatiōes et operationes. In virgine igitur existēte sub custodia patris: occurrit quedam specialis deformitas si corrumpatur. tam ex parte puelle quam ex parte patris. Primo ex parte puelle: quia ex hoc quod violatur nulla pactione cōiugali precedente: multum impeditur a legitimo matrimonio contrahendo: et ponitur in via meretricandi: a quo retrahebatur ne signaculum virginitatis amitteret. Multum etiam eam damnificat: et sic facit contra iusticiam. Nam quamuis eam vi non corrūpat: tamen eam seducit. Et sic obligatur illi ad restitutionem multiplicē. ¶ Primo quia impegit eam ad casum multorum vitiorum: sicut enim rupta clausura vinee multi postmodū intrant spoliant et conculcant: sic facto sigillo castitatis iam a multis impetitur: inuaditur et cōculcatur. Dicitur eni Ecci. ix. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via ab omnibus pterecūtibus conculcabit. Et quia virginalem amisit verecundiam: quotiens occasione illius peccat: totiēs stuprator peccati particeps efficitur: quia regula iuris est in. vj. qui occasionem damni dat: damnum dedisse videtur: ¶ Secundo magis abstulit illi bonam famam quam quicunque detractor: que fama pciosior ē quibusuis bonis tēporalibus: Dicit enim Ecci. xlj. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis pmanebit tibi quam mille thesauri magni et preciosi. propter quod tenetur ad illius restitutionem si restitui potest: sinautem: tunc restitutio fieri debz in equiualente prout est possibile: vt extra de lite pen. c. ecclesie sancte marie. ¶ Tertio quia abstulit illi bonum irrecupabile vel irrecompensabile: quia virginitas amissa nō recipit recupationem nec etiam recompēsationem cum non sit digna ponderatio continentis anime. Dicit enim Augu. li. de virginitate: quod virginalis integritas et p piam cōtinentiam ab omni cōcubitu immunitas angelica porcio ē. Et iterum ibidē ait. Pulchritudinem qs pōt maiorē estimare decore virginis quam amatur a rege: pbat a iudice: dedicatur a dño: cōsecratur deo. vñ in euāgelio cētesimus fructus ascribit virginitati. Ad restitutionem igit hui maxie iacture qs inuenitur idoneus? Silr ex pte parētum occurrit deformitas: quia de custodia filie sollicitudinem gerere debēt: sm illud Ecci. xlij. Supfiliam luxuriosam confirma custodiā: ne quā faciat te in opprobrium venire inimicis. Vñ nō solū parētes sz etiam alij proximi cognati et amici sibi reputant illatum magnum dedecus: cum eorum cognata: contempto virginitatis honore fuerit publice fornicationi subacta: vnde parentes eius potius sustinerent magnā iacturam rerum tpaliū: quam defloratione virginee honestatis: et sic stuprator obligat etiam

eius parentib⁹ ad restitutionē. Hinc p̄cepti est Exo. xxij. ⁊ Deut. xxij. q si seduxerit quis virginē necdū desp̄sātā scz ꝺbis vel donis inducendo eā in cōsensum copule carnalis: dormierit q̄ cum ea. dotabit eā scz dote vro ris ⁊ habebit eā vxorem: ⁊ estimabit dos iu xta facultatē cozrūpentis ⁊ dignitatē puelle. Insup dabit patri puelle ḋn q̄ginta siclos ar gēti ꝓ iuria sibi facta: q: puella erat in eius tutela ⁊ sic cozruptor ad duplicē obligat do rē. vnā patri ⁊ aliā puelle defloratę. Et cū h tenebat eā in vxorē accipe: si p̄ puelle voluerit sibi dare: nec postea poterat eā repudiare q si p̄ eā in vxorē dare noluerat: eo q nobilior potēnior vel ditior erat aut alia q̄cunq; rōne: tenebatur nihilomin⁹ dare patri puelle dictos. l. siclos ⁊ si non poterat soluere: tūc tenebat ad equalentiā seruire seu p aliā viaz satisfacere: ⁊ h q̄dē in lege veteri. Verūtñ in noua lege q̄ē lex p̄fectionis fm rectā restitutionis obligationē: cozruptor ꝑginis in casu q̄ nō duceret eā vxorē. nedū ꝺdēnare ꝺz ad ꝺrandū cozruptā iuxta modū ꝺnis quam ꝑgines accipe ꝺsueuerūt: q vt dictū ē estimatur iuxta facultatē cozrūpentis ⁊ dignitatez puelle: sz etiā fm iusticiā obligat vltra q̄tum rōne illius cozruptiōis et⁹ ꝺditio deterior facta ē. Exēplū gr̄a. Si ḋs eā prius duxisset ꝓ centum libris ⁊ nūc non vellet eā ducere nisi ꝓ ducentis: tunc fm merā iusticiam cozruptor daret ei ducentas libras fm Joh. an. in ca. si seduxerit: iuxta de adulē. ⁊ stupro. ⁊ fm Hein. boyc. in. c. peruenit. eo. ti. ¶ Ad maiorem tñ euidentiam q̄ri potest: an ⁊ qñ virginem cozrūpēs obligat ipam in vxorē ducere vel dotare. Ad hoc rñdet Hein. boyc. in dicto. c. peruenit: q si cozruptor virginis ēt alis q ipam in vxorem ducere non p̄t: vt ḋa iam vxoratus est. vel religiosus aut in sacris aut voto continentie constrictus: seu cognouit eius cognatam aut affinem: ⁊ tunc ipsam dotare debebit: vt dicto. ca. si seduxerit. Cum em̄ ḋs obligatur ad duo copulatiue seu alternatiue: tunc si alterum facere non potest: ad alterꝝ quod facere potest tenebit. Sed in dicto. c. si seduxerit aut obligatur accipe vel dotare: q si non posset eam dotare tunc castigatus ⁊ excommunicat⁹ in monasterio recludetur vt p̄z in dicto. c. peruenit: in glo. vnde debet esse castigatus fm q̄ visum fuerit iudici. ⁊ excommunicatus quo ad cōmunionem sacramentorum quousq; visum fuerit supiori: vt patet ibidē in glo. Et ꝺe monasterio ꝓpria sibi erit egrediendi sine p̄ceptione licentia: vt ibidem in textu: Et hoc est verum etiā si sit clericꝰ vt notāt Abbas ⁊ Jo. an. in di. c. si seduxerit. Si ꝺs p̄t eā ducere i vxorē: tūc si placet tā cozruptori q̄ cozrupte mr̄imoniū ꝯtrahere possunt etiā inuitis parentib⁹ fm Bern. ⁊ Host q si placet soli cozruptori sz nō cozrupte tūc cozruptor nō tenebit ad eam dotandam: cum ad alterꝝ duoꝝ solūmodo teneat. ⁊ in optione sua videat esse ḋd velit eligere: vt in di. c. pueniit: Qō tñ intelligendū est sane nisi cozruptor eā admiserit indignū suo ꝓrio tūc em̄ fm alios ⁊ rationabiliter locū hz id qō ponit in di. ca. si seduxerit: vbi subdit. Si vero pater virginis eam dare noluerit pecuniam reddet iuxta morem ꝺnis quā ꝑgines accipe ꝺsueuerunt. Glo. ibidem: que scz pecunia vel dos estimabitur iuxta facultates ipsius stuprātis ⁊ dignitatem puelle. Hec fuit olim pena in Exod. Sed hodie est ulla q̄ ponitur in dicto. c. peruenit: vt iam tactum est. Si denicꝝ placet soli cozrupte sed non cozruptori: tunc cozruptor tenet eam dotare fm Bern. in. dicto. c. peruenit ⁊ nihilominus castigatus, puniendi videbitur: excommunicatusq; fm modum p̄dictū in monasterio reclusꝺetur in quo agat penitentiam nō ꝑpetuam sed ad tempus fm arbitriū supiorꝭ. In quibus satis liquet q̄tum ecclesia militans ponderat maledictum stup: ū virginū stupra simplicem fornicationem. ¶ Hic igit̄ ꝓmo q̄ri p̄t vtrū ꝑginitas sit excellentioꝝ matrimonio: p̄sertim cum dicit Augu. in. li. de bono cōiugali: q non impar meritum ꝓuenire est in iohanne qui nullas expertus est nuptias: ⁊ in Abraam qui filios generauit: sed maioris virtutis maius est meritum: immo bonū commune potius est bono priuato vt patet ꝑ ꝓbm. j. ethicorum: sed ꝓiugium ordinat ad bonum commune: scz ad plem ꝓcreandā et educandam in seruitio dei. Dicit em̄ Augu: de bono ꝓiugali. Qō cibus est ad salutē hominis boc est concubitus ad salutē humani generis. Sed virginitas ordinat ad bonuꝝ ꝑticulare vt sciz vitent tribulationes carnis quas sustinent coniugati et cogitent ea que domini sunt. Ad hoc respondet Thom. scōa scōe. q. cliij. q sicut patet in li. Hieronymi cōtra Joumanum. hic fuit error Jouniani q̄ posuit virginitatem non esse matrimonio ꝓferendam. Qui quidem error ꝑtipue destruit

exemplo christi: qui ꝛ matrem virginē elegit ꝛ ipse virginitatem seruauit. Et ex doctrina apli q. j. ad Cor. vij. Virginitatē consulit tā q̄ melius bonū. Destruit etiā rōne: qꝛ bonū diuinū est potius humano bono: ꝛ bonū aīe p̄ferꝛ bono corporis. silr bonū contēplatiue vite p̄ferꝛ bono actiue vite: dicēte dño: Maria optimā ptem elegit virginitas aūt ordinatur ad bonū aīe sm vitā ꝯtēplatiuā: qd est cogitare ea que dei sunt: cōiugiū aūt ordinat ad bonū corporis qd ē corpalis multiplicatio generis hūani ꝛ ptinet ad vitā actiuā: qꝛ vir ꝛ mulier in matrimonio viuēdo necessariū habent cogitare que sunt mūdi: vt ptz p apostolum. j. Cor. vij. vnde indubitāter virginitas continentie coniugali p̄ferenda est. Et licet bonū cōmune melius est bono p̄uato si sit eiusdem generis: potest tamen bonū priuatum esse melius sm genus suum: ꝛ hoc modo deo dicata virginitas carnali fecunditati prefertur. Dicit em̄ Augustinus. li. de ꝟginitate: q̄ fecunditas carnalis etiam illarū que in h̄ tpe nihil aliud in ꝯiugio q̄ plem requirūt: quā mācipēt chr̄o: p amissa ꝟginitate cōpensari nō posse credenda ē. De Abraā ergo ꝛ Johāne dicendū est: q̄ meritū nō solū pensat ex genere actus sz magis ex anio operantis. Hinc etiā opus q̄ sm se iudicat indifferens sm animū operātis reddit meritorium vel demeritorium: ꝛ ideo suadet apostolus. j. ad. Cor. x. dicens: Siue māducatꝭ siue bibitis aut aliquid aliud facitis: oīa ad gloriā dei facite. vbi dicit glo. Si em̄ hec recte fiunt laudes dei sunt: Abraā igit animū habuit sic dispositū. q̄ paratus fuisset seruare ꝟginitatem si tēpori ꝯgruū fuisset: sz tūc ex charitate diuino obtēperauit mādato: q̄ dixit Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram. Et ex h̄ in eo meritū cōtinentie coniugalis: equat merito cōtinentie ꝟginalis in Johanne respectu p̄mij substātialis: nō tn̄ respectu p̄mij accidentalis: qꝛ dicit Augu. li. de bono coniugali: q̄ Johānis celibatus ꝛ abrae cōnubium p tempore distributione christo militauerunt: sed cōtinentiam Johānis etiam in opere Abraam vero in solo habitu habebat: opus autem respicit premium accidentale. Hinc cōcludit Aug. li. de ꝟginitate dicēs Certa rōne ꝛ certaꝝ scripturaꝝ auctoritate nec pctm̄ esse nuptias inuenimus: nec eas bono continētie virginalis ac vidualis equamus hec ille. Verūtn̄ quāuis simplicit lo q̄ndo ceteris paribꝫ castitas ꝟginalis sit melior q̄ ꝯtinentia coniugalis. pōt tn̄ coniugatus esse melior q̄ virgo duplici rōne. Primo quidem ex parte ipius castitatis: cū scz coniugatus hz animū magꝭ paratū ad ꝟginitatē seruandā si oporteret q̄ ille q̄ actu ē virgo. Vn̄ Aug. in li. de bono ꝯiugali instruit virginem vt dicat. Ego nō sū melior q̄ Abraā: sz melior est castitas celibū q̄ castitas nuptiaꝝ. et postea rōne subdit dicens: Qd em̄ ego nunc ago: melius illi egisset: si tūc agendum esset: quod autem illi egerūt sic ego nō agerē: etiā si nunc agendum esset: Secundo qꝛ forte ille qui nō est virgo habet aliquam excellentiorem virtutem quam nō habet is qui est ꝟgo ex eo. q̄ vehementius inheret deo ꝛ vacat rebꝰ diuinis. Nam finis ex quo virginitas laudabilis redditur est vacare rebus diuinis. Hinc dicit Augusti. li. de virgi. Nec nos in virginibus predicamus q̄ virgines sunt: sed q̄ deo dicate pia continentia virgines: alienanq̄ fatue virgines appellantur.

¶ Preterea notādum sm Richar. in. iiij. di. xxxiij. q̄ virginitas accipi potest dupliciter: Primo improprie scz p negatione actualis concupiscentie cuiuslibet veneree delectationis cum carnis integritate ꝛ sic quelibet mulier nascit virgo: nec tal virginitas est virtꝰ: quia carnis integritas non est virtus nec ps essentie virtutis: nam essentia tota cuiuslibet virtutis est in anima sm August. j. de ciuita. dei. capitu. xvij. ꝛ lib. de bono coniugali dicit. q̄ continentia non corporis sed animi est virtus. Sed integritas carnis est quoddam ornamentum ꝛ decor eius accidentalis extrinsecus assistens. Et perdi potest absq̄ diminutiōe virtutis virginitatis vt patet in virginibus per violentiam corruptis: de quibꝫ plura habentur. xxxij. q. v. in prin. ꝛ in multis capitu. sequentibus. Secundo vero accipit proprie scilicet pro habitu quo nisi assit rationabilis causa necessitatis vacandi carnali copule. determinatur voluntas ad prompte ꝛ faciliter respuendum omnem veneream delectationem: non tm̄ illicitam sed etiā licitam vt mens liberius spiritualibus vacet: iuxta illud apostoli. Mulier innupta ꝛ ꝟgo cogitat que domini sunt vt sit sancta corpe ꝛ spiritu: ꝛ sic virginitas est virtus. Sic enim est habitus bonꝰ habentem pficiēs ꝛ opꝰ eiꝰ bonū reddens. Nec tamē est virtus distincta a cōiugali castitate: quia vtraq̄ determinat volū

ratem ad id qđ recta rō dictat obseruandum circa venereas voluptates. Sed pfectꝰ ad hoc determinat volūtatem ꝟginitas ꝙ ꝓiugalis castitas: ⁊ sic differre videtur sic̄ virtꝰ impfecta ⁊ pfecta: q̄ p eēntiā nō distinguunt. Habitꝰ ḡ ꝟginitatis fuit in Abraā q̄ p illo tpe determinabat volūtatē eiꝰ ad ꝓiugalem ꝓcubitū ꝓpter bonū plis ex p̄cepto diuino p creande: sicut postea nō existēte p̄dicta necessitate determinauit voluntatē sc̄i Johannis ad respuendū oēm delectationē venereā: qz sic̄ in tpe legis scripte maioris erat meriti statꝰ cōiugatoꝝ q̄ precipiebat p multiplicationē fideliū: ꝙ ab oīi venerea delectatiōe abstinentiū q̄ phibebat: sic in tpe gratie qđ est tps multiplicationis fideliū ad generatiōez spiritualium maioris ē meriti statꝰ abstinentiū ab oīi venerea delectatione. Qđ si duo status referūt ad diuersa tpa: sic quolibz statu ꝓsiderato in suo optimo vnꝰ alteri non p̄fertur. Vnde Augu. in li. de bono ꝓiugali dicit. Non est impar meritū ꝓtinētie in Johāne q̄ nullas expertus est nuptias ⁊ in Abraam qui filios genuit. Ex quo concluditur q si modo necessitas immineret vacādi carnali copule p diuinum p̄ceptum explicata sicut antiquitus: tūc si virgo ꝓpter hanc necessitatem pure vacaret carnali copule: firmiter ꝓponens hac necessitate transacta ab oi delectatione venerea abstinere: in tali ꝟgine ꝟginitatis habitꝰ nec corrumpet nec minueret ⁊ p ꝓsequēs non caderet ab illo statu mēris quem ꝟginitas supaddit castitati coniugali: ꝙ̄ cuis caderet a statu integritatis carnis.

¶ Cetex simplr loquēdo statꝰ ⁊ habitus virginitatis maioꝛ ē meriti ꝙ̄ castitatis cōiugalis sicut pfectum excedit impfectū: ⁊ ideo ei ascribitur aureola. Est aūt aureola gaudiū alicuiꝰ bī quod ei dat p opib⁹ a se factꝫ: habentibꝫ rōnē excellentis victorie. p qđ appar ebit exterius in corpe q̄dā decor qui p̄dicti⁹ interiꝰ gaudiū exteriꝰ declarabit. Et sic aureola principaliter ⁊ q̄si eēntialit̄ erit i aia ꝟ eiꝰ ſ signum erit aliqđ sensibile apparens in corpe: siue signum illud fuerit effectum ab interiori gaudio siue non: qđ maxime dico p̄pter cicatrices martyrum: q̄ vident eē signū aureole martyrum cū tm̄ ab eis nō sūt effecte. Angel⁹ autem nō debet aureola qz ꝟginitas est illis cōnaturalis: nec bz in eis rōnē victorie. sicut nec pugne. Soli ꝟgini debetur: qz victoriam excellētissimā habz ꝟ carnales cōcupiscentias: hec Richar. in. iiij. dis. xlix.

¶ Ceterum inter alia ꝟginitas ꝓpter quinq; mr̄imonio p̄ferenda est. Primo qz status virginitatis ē status angelic⁹: vt quem deꝰ fecit in celo in ordine angeloꝝ: oēs em̄ angeli ꝟgines ⁊ coniugati dicti p̄nt. Vñ Hiero. de assū pt̄ōe ait. Profecto in carne p̄ter carnē viuere nō terrena vita est ſ celestis: ⁊ in carne angelicam gl̄iam q̄rere maioris meriti est ꝙ̄ hr̄e: eē em̄ angelū felicitatis ē. eē ꝟo virginez virtutis: dū h̄ obtinere mult̄ cū gr̄a qđ hz angelꝰ ex natura. Et Ambro. de viduis. Supgredit ꝟginitas ꝓditionē nature p quā homines assimilant angelis: maioꝛ tn̄ ē victoria virginū ꝙ̄ angeloꝝ. Angeli ei sine carne viuunt: ꝟgines aūt in carne triūphant. Scdo qz status ꝟginitatis ē statꝰ innocentie. Nam si pcm̄ non fuisset ſ virginitas pmansisset eo q nūq; in membris illis corruptio extitisset: aliter nanq; fuissent vsi membris illis sicut vtebantur oculo vel manu. Vñ Aug. xiij. de ciui. dei ait. q in statu innocentie potuisset vir vxorem cognoscere salua pudoꝛ integritate. Et iterum de fide ad Petrū id̄ ait. Si homo nō peccasset mulier sine dolore pareret ⁊ etiam ꝟgo pmaneret. Tertio qz statꝰ ꝟginitatis ē statꝰ singlarꝫ bñdictiōis Nam bñdicit ꝟgo spōso terreno nupturā: q̄ bñdictio valet ad multiplicationem filioꝝ: si saltem cū dei umore debitaq; intēcōe mr̄imonium aggressi fuerit ꝓpter reuerētiā bñdictionis acceptę p tres dies vl̄ duos aut saltē primā noctē in ꝟginitate permanēdo sic̄ cōsulitur. xxx. q. v. c. alter. ⁊ xxiij. di. cap. sponsus Consecrat ⁊ ꝟgo eterno regi nupturā feliciter. q̄ bñdictio vl̄ ꝓsecratio p votum ratificata multum valet ad crescēdū in gr̄ijs ⁊ virtutibus. Vñ bt̄a Agnes. Anulo suo subarrauit me q̄propter rēnuit accipe tpalē sponsū p̄fecti filium: ei p̄ferens spōsū chr̄m. Quarto qz statꝰ virginitatis ordinat ad sic̄ bonū ꝟ vitam ꝓtēplatiuā qđ ē cogitare ea q̄ dei sunt quō placeat deo mr̄imonium aūt ordinat ad vitam actiuā. ſ. ad hūanā generaꝫ multiplicationem: ꝓpter quā necessariū hm̄ cogitare q̄ sunt mundi. vñ sic nuptię replēt terrā: sic ꝟginitas padisum. Quinto qz ponissime status virginitatis electꝰ ē a dño ihesu tā ꝙ̄ optimꝰ ⁊ a sua bñssima mr̄e q̄ docta fuit ab instinctu spūssc̄i ad inseq̄ndum apicē sis pfectōis: vñ dñs in euangelio. Sūt eunuchi q̄ se castrauerunt ꝓpter regnū celoꝝ q̄ pōt capere capiat.

Ebristus ihesus Johānem nubere volentē in
duxit ad virginitatē suandā: q nimirū vt di
cit Dam. li. iij. Quanto angelus hoie supio
tanto virginitas est nuptijs honorabilioz. Et
si queritur in q̄ ꝓprie cōsistat rō virginitatis. Rñ
det Tho. scōa 2æ. q. clij. q. in delectōe venerea
tria sunt. Primū est ex pte corpis tantū. s. vio
lato signaculi ꝑginalis: z h̄ p accidens se hz
ad moralē actū qui nō cōsideraf p se nisi fm
ea q̄ sunt anie: z sic integritas illius mēbri p
accidens se hz ad virginitatē. Nā si ꝓpter rō
nabilem causam hūficio medici vel obstetricis
amittit signaculū: nō amittit virginitas. Se
cundū est solū ex pte anie. s. propositū nō pue
niendi ad delectationē venereā: z h̄ formlr
z cōplenue se hz ad ꝑginitatē: q rō moralis
actus in eo qđ est rōnis cōplet. Tertiū est ār
ex pte vtriusq; vpote in q̄ cōungit id q̄ est a
aie cū eo qđ est corpis. s. ipsa resolutio semis
delectationē sensibilē causans: z h̄ se materia
liter hz ad actū moralē: q sensibiles passiōes
sunt materia moralis actus: z ꝑginitas ma
terialr cōsistit in ymunitate a delectatiōe vene
rea q̄ est in semibus resolutōe. Que resolutio
dupl̄r cōtingere pōt. Primo ex mentis ꝓposito
p cōcubitū vel sine cōcubitu vt p tactū vel so
lā cogitationē: z sic ꝑginitas amittit nunq̄ re
cuperāda: q̄ius cuius amissio p solā voluntatē
sine semis resolutōe recuperari pōt. Secū
do vero ꝑ ꝓpositū z voluntatē: sicut in dormi
endo vl ex infirmitate nature fluxū semis pa
tiendo: vl p violentiā illatā ab hoie vl demo
ne: mente mā nō ꝓsentiēdo. Et sic est si aliq̄ co
gnosceret carnalr in dormitiōe vl ebrietate:
nisi forte hac itētiōe q̄reret somnū vl ebrieta
tē: q nūq̄ amittit ꝑginitas sine ꝓpōsito mētis. Ad

¶ De raptu vario z ei⁹ grauitate: ac de maledictis ꝓsiliatricibus q̄ gerūt officiū lingue tertie: ¶ Sermo v.

On mechaberis. Exodi. xx.

n Terna pinde spēs huius mechie
vocat raptus. De q̄ dicit. xxxvj. q.
j. in. §. cū ergo: q raptus admittit cum puella
violenter a domo patris ducit vt corrupta
in vxorē habeat: siue puelle solummō siue pa
rentū tantū: siue vtriusq; vis illata constituat
hic morte multat sed si hic ad ecclesiā cū ra
pta fugerit priuilegio ecclesie mortis impuni
tatē promerebit hocibi. ¶ Super quo q̄ri
pōt: verū raptus sit luxurie spēs a stupro disti
ctus: ꝑsertim cū dicit Jsido. in li. etymo. q̄ stu
prum. i. raptus ꝓprie est illicitus coitus a cor
rūpendo dictus: vñ z qui raptu ponit stupro
fruitur. Ad hoc rñdet Tho. scōa 2æ. q. cliij.
q. raptus qui nūc loquimur est distincta spēs
luxurie: z q̄ilq; quidē in idē cōcurrit cū stupro
z sic q̄libz vnū pro alio ponit. Q̄libz tñ inueni
tur raptus sine stupro z econtra: q̄libz stuprū
inuenit sine raptu. Nam in idē concurrūt q̄
quis violentiā infert ad virginē illicite defloran
dā q̄ quidē violentia tū patri infert q̄s vir
gini: q̄libz vero patri nō virgini: z q̄libz virgi
ni nō patri. Differt etiā alio modo violentia
raptus: q q̄libz puellā violenter abducitur a
domo parentū z violenter corrūpit: q̄libz ve
ro q̄uis violenter abducit non tñ violenter
corrumpit q̄s de sua volūtate: siue corrūpatur
cōcubitu fornicario siue matrimoniali. Quali
tercunq; eni assit violentia saluat rō raptus.
Inuenit etiā raptus sine stupro: scz rapta
prius in vxorē ducit q̄s corrumpat: vel si q̄s
rapiat viduā vel puellā corruptā. Stuprum
etiā sine raptu reperit cū virgo sine violentie
illatione sua voluntate violat. Ex quib⁹ patz
q raptus importat aliquā specialē deformita
tem circa actū luxurie ex qua cōstituit speciē
aliquā determinatā huius vitij ab aliis spēb⁹
distinctā: z cōcurrere pōt cum oibus aliis spē
bus luxurie. ¶ Ad maiorem aūt euidentiā sci
endū q raptus multis modis cōmittit. Nam
q̄libz cōmittit raptus nō q̄tum ad ipsam rem
s̄ q̄tum ad vsum ipsius rei: vt q̄ mulier re
nitens violent opprimit: de quo raptu habet
xxxvj. q. j. c. de raptoribus. §. ex hac: vbi sub
dunt. Aliq̄n nō res ipsa affectat sed vsus ei⁹
dño prohibēte vsurpat. Et hoc intelligi pōt
generaliter siue sit virgo corrupta coniugata
cōsanguinea deo sacrata: q in oibus luxurie
specieb⁹ hmōi raptus cōmitti pōt: z q̄nto spe
cies luxurie grauior tanto raptus hmōi per
niciosior iudicat. ¶ Preterea si psona sic vio
lata in alterius ptāte consistit: sicut virgo sub
ptāte parentū: vxor sub ptāte viri: consecrata
sub potestate sui superioris: nūc licet ipsa cor
ruptioni consentiat raptus dicit: eo q̄ preter
alterius volūtatem in cuius potestate consti
tuta dinoscit corrumpit nisi sponsalia p̄cesse
rint z ea intentiōe corrumpat: vt in vxorē ha
beat: nec interest aliquod impedimentum ad
matrimoniū cōtrahendū. Dicit eni glo. in di
cto. §. cū ergo: in fi. q̄ intelligit ea⁹ possidere
quamcuq; sponsalia intercesserint. Vnde nō
dicitur raptor: cum sua possessione vtatur: vt

ff. de iniur. l. iniuriarū. §. si quis. Nihilominus tamē huiusmodi mortaliter peccat eā cognoscendo carnaliter: anteq̄ cū ea cōtraxerit fm formā ecclesie. Ceterū cum vsus persone raptori non desponsate violenter rapitur: tunc raptor huiusmodi cū complicibus fm leges capite punit: ⁊ substantia raptoris rapte applicant: dum tamē rapiat mulierem honestā ⁊ ingenuā: secus autem si rapiat meretricem quia talis fm leges nō punit: vt. C. de adul. l. que adulteriū. Secus etiā si ancillam vel libertam: quia tunc decapitatur quidē sed nō perdit substātiam. Hec omnia habentur. C. de rap. virgi. l. vna. in prin. Secundū canones vero seruus efficitur rapte: nisi se velit redimere: vt in dicto. c. de raptoribus. Pretium autem redemptionis eius sunt. l. dragme argente: vt. xxxvj. q. ij. c. deniq̄. Sz hec pena potest infligi in foro iudiciali non aūt in foro penitentiali. Insuper fm canones raptor excōmunicari debet cū omnibus fautoribus suis vt. xxvj. q. ij. c. j. iiij. v. ⁊ vj. Quod si virgo in patria potestate constituta corruptioni consenserit: potest nihilominus agere pater eius cōtra corruptorem si iniuriā hanc ad animū reuocare voluerit. Si tamen infra annū ad animū non reuocauerit cessat iniuriarum actio post annū: vt insti. de iniur. §. vlti. ⁊. xxxvj. q. j. §. cum ergo: in glo. ⁊ in isto raptu multi gradus sunt. Nam graue est violenter cognoscere viduā vl corruptā q̄uis ab omni vinculo solutā: talis enim plus peccat q̄ si ab ea reciperet centum marcas argenti. Grauius tamē est violenter cognoscere virginem licet sub nulla parentum vel tutoꝝ custodia constitutam: qd tamen aggrauat si virgo cōstituta in patria potestate violenter opprimitur. Predicta tamen aggrauatis qui inuitā per adulteriū maculat: qd tamen incestus superat ⁊ sacrilegiū: maxime vero vitium contra naturā violenter cōmissum. In his eni omnibus luxurie speciebus huiusmodi raptus cōmittit. Unde. xxxvj. q. ij. dicitur. c. Raptores igitur viduarū vel virginū ob immanitate tanti facinoris detestamur illos vehementius persequendo qui sacras virgines vel volentes vl inuitas matrimonio suo consociare tēptauerit: quos pro tā nephandissimi criminis atrocitate a cōmuniōe suspendi cōuenit: hoc ibi.

B Porro raptus p̄dictus non solū fit per violentiā sed etiā per metū per verecundiaz ac seductiones plurimas ⁊ hoc p̄cipue ꝯsilio quarundā consiliatricū ⁊ copulatricū. De q̄bus dicitur Eccī. xxviij. Lingua tertia id est vetule mediatrices adulteroꝝ mulieres vericas fm quosdā libros: id est honestas quā verecundiā timentes: vel fm alios mulieres viratas ⁊ viros hñtes eiecit: scz de domibꝫ virorū suoꝝ adulteriū imitādo: ⁊ priuauit illas laboribꝫ suis. i. bonis domesticis in q̄bus laborauerūt. Tales nanq̄ vetule vel internūtie maledicte indifferenter nitunt virgines corruptas viratas cognatas ⁊ deo consecratas suis suasionibꝫ ⁊ deceptionibus ad casuz luxurie trahere pro minimo p̄cio: sicut scriptū est Johel. iij. Puellā vendiderūt pro vino vt biberent. Qd si suis blanditijs ⁊ psuasionibus ad ꝯsensuz luxurie deducere nequeūt: parant insidias ad inferendū violentias ⁊ excogitāt apta loca in q̄bus ipi corruptores hmōi violentiā liberius inferāt: ad q̄ nimirū loca simplices puellas vl matronas insidiaꝝ inemores callidis occasionibꝫ alliciūt: ac turpiter deceptas in luxurie voraginē deijciūt. Sicut certe ⁊ ciuilia iura tales nō puniūt. Legitur eni Exod. xxj. p̄cipiente dño q̄ qui furatus fuerit hoīem ⁊ vendiderit eū: cōuictus noxe morte moriat. Ubi dicit Rabbi Salomon q̄ p solo furto hoīs incurrit pena mortis si fuerit inuentus in manu eius. Silr ⁊ qui vendiderit hoīem sic furto sublatū ⁊ inuentus fuerit in manu eius morte dignus est: ⁊ rō huius est qr facius est hō ad imaginē dei: ⁊ iō rōne tante dignitatis p furto eius īponit pena mortis. Fit furtū manu: fit cōsilio nec vllo mō differūt in pctō. Qua putas ergo pena plectenda est lamia illa maledicta: q̄ puelle seu matrone animā quā seduxit p vili p̄cio tradidit diabolo: ⁊ corpus lenocinijs etiā q̄nq̄ violenter defedādum: cū turpius hoīem dānificare vl dehonestare non pōt q̄ in aīa a fama seu q̄ in vxore vel filia: vñ frequenter tales aīo simplici decepte reclamarent nisi maiorē infamie iacturā timerent. In cuius argumentū legit Dañ. xiij. de duobꝫ iudicibꝫ q̄ cucurrerūt ad Susanā existentē solā in pomerio: ⁊ dixerūt ad eā. Ecce ostia pomerij clausa sunt ⁊ nemo nos videt ⁊ in ꝯcupiscētia tui sumus: q̄obrē assentire nobis ⁊ cōmiscere nobiscū: qd si nolueris dicemꝰ testimoniū ꝯ te q̄ fuerit tecū iuuenis ⁊ ob hāc cām emiseris puellas a te ⁊ ingemuit susanna ⁊ ait. Angustie sunt mihi vndiq̄: si eni h egero mors mihi est. s. aīe ⁊ etiā corpis: qr adultera p̄cipit interfici in lege: si aūt non

egero: nō effugiam manus vras: sz melius ē mihi absq; ope incidere in manꝰ vras q̄m pec care in ꝯspectu dñi. t exclamauit sez p libes ranoe. Et infra dixit Daniel. Semē chanaā t nō iuda spēs decepit te t ꝯcupiscentia subs uertit cor tu⁹ sez a rectitu die rōnis t diuine legis: sic faciebant filiabꝰ israhel. s. p minas t terrores eas decipiēdo t ad ꝯsensū vīm inducendo t ille timētes tribulationē vl' ꝯfusionē tpalē loq̄bant vobis ꝯsentētes in opus nephandū. sz nō filia iuda sustinuit iniquitatem vram: Sic adhuc infinite mulieres honeste sz minus caute diuersis modis p deceptiones minas terrores t violētias in luxurie voragine innocēter deiecunt. Maledicti sūt nō solū corruptores sz etiā ꝯsiliū vl' auxiliū quoq; mō tribuētes. De h etiam legit in li. Apū q erat q̄dā faber lignariꝰ rebꝰ tenuis: vxorē habēs bonā t pulchrā: in q̄ duces q̄dā oculos ꝓiecit ipudicos: mittit ḡ venulā ad decipiendū eā q̄ domū eiꝰ intrās salutat q̄si incognitā t refedit ad ignē: oculisq; circūductis plāgit se fangaram: q̄rit iuuencula vnde veniat aut q̄d q̄rat. Et vetula. Si ipsa sis nescio talis nomie talisq; mīs filia quā me bñe credo ꝯsobrinam in ista vicinia. Cui illa Si sū nescio tali q̄dem noie censeor: t talem habui matrem. Tūc ruens i oscula iuuencule bñ inquit assimilaris optime mīt tue: sz q̄lē vīz habes: bonum iq̄t. ope fabrū lignariū. Et illa Deu filia mīs optime quō ad hūc miseriā venisti vt fabrum habeas vīz q̄ tor in pente la tua magnos t diuites habuisti. sicq; recessit. Rediens die quarta: vere inquit filia multum sollicitor vt post infortunium tuum saltē copiosius terrenis abundare valeas: inueni ergo viū q̄ h fieri potest si ꝯsentis. Est h dues q̄dam q̄ te vt beri mihi dixit cū tuū infortunium deplorarē sup oia diligēs ꝯcupiscit: cum q̄ habebis q̄cq̄d corpi placere vl' pdesse potest. Cui illa. Bonū vīz t me meliorez habeo: nec augere diuitias cupio cum pctō. Cui vetula blande rīdit q̄si congratulans t huic animaḡ te diligo: sicq; recessit sz post triduum reuersa dixit Veni mecū charissima ad visitandū ecclīā bēe marie. Nubil aūt mali suspicata vadit cum vetula. Trāseūtes ḡ portam diuina vt ordinauerat vetula rapit iuuencula t trahit in ꝯclaui violenta a diuite opprimenda. Que plurimū angustiata subito cōsiliū adinuenit t inclinās se ad aures vetule. Ad horā inq̄t nūc me liberes charissima: q̄ iuxta ꝯsuetudinē femlaꝝ ꝯiugit mihi t fide data spōdeo eras redire. Annuit vetula ꝯsensit t dimes. Redīes igit domū pparat de victuia tres mulieres fortes q̄s cū virgine clā in thalamo collocauit venīēcq; venulaz velut i adiutoriū ad se o mādū introduxit i thalamū firmatoq; ostio cōcurrūt femie t nuda tā vestib⁹ ḡis pcussūt vsq; ad effusionē sanguis nec cessāt donec misera eluctato conamie ostū exiuit t nuda penuꝰ p plateas aufugit. Wirāūb cūctis q̄d factū sit audūt et ꝯstātē i castitate iuuēculā p totā ciuitatē extollūt plusq; lucrata ē in honore t gīa bone fame q̄m fuisset i oibus copijs diuitiz adeptura. ¶ Scdo ꝙo raptꝰ ꝯmittit cū nō solū vsurei ſ ēt ipa res violent dño eripit vt ipsemet teneat. Et h fieri pt tribꝰ modis. Primo mō cōtra voluntatē puelle q̄m h mozte mlcrandꝰ ē fz ius ciuile cū oib⁹ ꝓplicib⁹ suis: vt ptz. ff. de violent oppssa tā q̄ ad penā iurz canonici q̄m ciuil. Secdo mō fieri pt non q̄dē ꝯ volūtate puelle ſ pīs: de q̄ dz in. c. ō raptoris bꝰ: vbi subdit. Si ꝙo q̄ rapit patrē bñe ꝓsecutus t puella raptori ꝓsensum pbāti pīs excusata reddat. excusata. s. a pena q̄m vt videt sustinere deberet eo q̄ rapie ꝓsensit: q̄ facētes t cōsentētes par pēa cōstringit. Sz h intelige de nō nubili q̄ si nubilis eēt nō excusaret nisi in cāu: nā si i ptāte pīs cōstituta volūtarie rapit maior existēs. xxv. ānis pt cū raptore mīmonij ꝓhere t cū eo manere tūtius potuit nec eā ꝓpt h exheredare pōt eo q̄ distulerit eā copulare mīmonio vt ptz i. dī. c. ō raptoribꝰ in glo. t. xxxij. q. ij. cap. fi. in glo. Si tñ infra ānū. xxv. ꝯ voluntatē parentum alicui adhesit non obligant parentes eā dotare: q̄m is melꝰ facient eā dotādo si saltē suo cōsilio dignū elegerit. Si aūt tūc pōt eam totaliter exheredare: t de h ptz. ff. in. iij. ꝓcepto. ¶ Terno mō fieri pt ꝯ voluntatem q̄dē puelle sz nō parentū: de q̄ dz in. fi. ex auctoritate q̄ puelle t nō parentū q̄cq; vis inferit cū ex voluntate patris puella violent abducitur vt eius panat concubitū cuiꝰ copule nūq; cōsensum adhibuit t h sibi reus penaz dictarum iudicatur: vt dī. c. de raptoribus prin. Magis ei pōderat in raptu violēta illata puelle q̄m parentib⁹: vñ. xxxvj. q. ij. dz. ca. Si q̄s ꝓpinq; vel viduam nisi despōsauerit si rapuerit vl' furatus fuerit in vxorē cum sibi fauentib⁹ anathema sit. t. C. de rap. ſ. l. vna. in prin. nulla nanq; pōt inuita duci in mīmoniū. Cuius rō ē

q̄ vō. xxvij. q. ij. c. sufficiat solus ſm leges
conſensus eoꝝ de q̄ꝫ quarūcq̄ cōuictionib⁹
agit: qui solus si defuerit ceteri etiā cū ipso
conu rite celebrata frustrant. mīmoniū em
nō facit coitus ſz volūtas: immo vt ōr extra
de spon. c. cū locū nō habeat ꝓsensus vbi me
t⁹ vel coactio intercedit necesse: vt vbi assen
sus cumq̄ requirit coactiōis materia repel
lat matrimonium aūt suo consensu contrahi
tur: z vbi de ipso q̄ritur debet plena securita
te ille gaudere cuius est anim⁹ indagandus:
ne p timorem dicat sibi placere qō odit z se
quatur exitus q̄ de multis solet nupcijs pue
nire: Et intelligit de metu q̄ cadere ꝑt in cō
stantē vir. q̄ cōmet mortis piculū vel corpis
cruciatum: vt ibi. c. veniēs z. c. cōsultationi: in
glosis: vel etiā met⁹ stupri ac similiū: vt extra
de his q̄ vi metusue cā fiūt. c. cū dilect⁹ i glo.
vbi tangit de multiplici metu. Et subdit: vñ
videt reliq̄ndū arbitrio iudicis an ꝑba mine
vl potētia bois sit iusta cā timoris. vt. ff. ex q̄
b⁹ causis maiores. l. iij. Dato tamē enormi
ras raptus comittit: cū puella ꝛ voluntate
tam puelle q̄ pentū violenter abducit. Da
tima vero cum alteri⁹ vel spōsa de ꝓsenti vl
vxor violentatur: vñ. xxvij. q. ij. in. c. lex illa. ꝯ.
q̄ autem: vbi subditur: q̄ raptaꝝ. l. sponsariuꝫ
de ꝓsenti quedam se rapiēdas exponūt: alie
violenter abducuntur: quolibz mō ꝯ rapiāt
p:oribus reddende sunt: ꝛ ibi Alioqn si ra
p:or sponso sponsa hmōi non reddiderit. raz
idem q̄ rapta si ad pristinū spōsuz remeare
noluerit omni cōi one priuent: vt eo. n. c. otto.
ꝓsentium laroz. Nimiz cū tale cōnubiū iudi
cat esse sacrilegium ꝓpter violationem sacra
mēti matrimonij: vt ibi. c. de coniugali. Q
Quā execrāō nāq̄ malicie iudicet i ꝓspectu
dñi alteri copulatā violēter vl rape. liqdo
ptz i vxore leuite Iudicū: xix. z. xx. q̄ scz leuis
ta cum vxore domū cuiusdā ingresso ad hos
spitandum in gabaa venerūt iuuenes insolē
tes ſm Josephū ad vxorē rapiendū illius et
dixerūt ad hospitē. Educ vir q̄ ingressus est
domū tuā vt abutamur eo. Hoc dixerūt ſm
Josephū vt inclinarēt dñm domus z maritū
mulieris ad tradendū eā: vnde in fine intēde
bant viro mortem inferre nisi traderet eis
vxorē suam ſm q̄ allegatur in. c. sequenti. Tra
didit igitur eis vxorem suam iusto metu: qua
cum tota nocte abusi essent: scz per raptum
z adulterium dimiserunt eam mane: que re
diens ad domum hospitij corruit in limine
ibidem expirauit. Vane autem leuita re
periens vxorem mortuam imposuit eā asino
z reuersus domum gladio cōscidit cadauer
vxoris cum ossibus suis in duodecim pres
sicut erāt duodecim tribus ꝓter tribū leui.
Nam manasses erat diuisus i duas partes
vna fuit citra iordanem z alia vltra: aliter eā
factum nō fuisset sufficienter notificatum: in
tribū beniamin nō misit partem q̄ nuncios
per quos mississet occidissent: nec in tribum
leui quia dispersa sunt per omnes tribus z sic
fuit eis sufficienter innotuerum. Misit etiam
tales nuncios in omnes terminos israhel q̄
non solum factum populo nūciarēt sz etiam
faciendi modum: z clamabant singuli: nunq̄
factum est in israhel tale nephas ex quo ascē
derunt patres de egypto. Egressi sunt igitur
omnes quasi vir vnus in maspha quadrin
genta milia peditum pugnatorū: z interroga
uerūt a leuita modum quo ꝓpetratū eēt tan
tum scelus: quo cognito dixit populus vni
uersus. Non recedemus in domos nostras
donec vlciscamur de gabaa: immuerunt enim
cōmunem dei vindictā: experti q̄ꝫ q̄ pflagi
tio vnius vel paucoꝝ veniebat vltio diuina
super populū: vt patz Josue. vij. de Achaā
qui rapuit de anathemate. Et miserūt nūcios
ad Beniamin qui dicerent. Cur tā nephas in vobis reptū est. tradite flagicij actores vt moriāt z auferat malū z plaga. ō israel
Qui noluerūt: sed cōglobati cōuenerunt ad
defendendū reos xxv. milia. In hebreo ba
bet. xxvj. milia. Filij igit israhel iustū habens
tes bellū fiducialiter inierūt certamē: nihilo
minus tñ bina vice superati sunt z in fugam
cōuersi licet maiores numero existerent: z hō
ꝓpter duo: Primo ſm hebreos qz negligen
ter fuerūt in puniēdo idolatrie in domo Mi
che z in tribus filioꝝ Dan q̄ cōgenerat imē
diate aūt factū istud z erat notoriū: z ideo te
nebant corrigere: qō qz neglexerūt per filios
beniamin nūc correctionem sustinuerunt: vt
sic primū peccatū ꝓprius puniret. Secundo
quia nimis confidebant in sua multitudine
z fortitudine. Vnde scriptū est: q̄ in primo
cōgressu filij beniamin occiderūt de filijs isra
hel. xxij. milia virorum: rursumq̄ filij israel ꝑ
fortitudine z numero cōfidentes in code loco certaminis aciem direxerunt occasiq̄ sunt
xviij. milia virorum: tertia vero vice purgatis filijs israhel a negligentia z presumptione occidunt de tribu beniamin omnes vi

ros ⁊ mulieres senes ⁊ paruulos ac iumenta omnesq; vrbes ⁊ viculos beniamin vorax flāma combussit ⁊ euaserūt tantū viri sexcenti. Ecce quantā iacturam induxit raptus iste maledictus: qui tam detestabilis tūc reputabat ꝙ omnes filij israel in maspha iurauerūt se nō daturos filijs beniamin de filiabus suis in vxores. Insup ex q̄ habitatores iabes galaad nō simul aderant ad vlciscendū nephas istud in vindictā talis ignauie ꝑcusserunt eos in ore gladij a viro vsq; ad mulierē solis quadringentis virginib⁹ reseruatis. Ad lau. dei.

¶De sacrilegio ⁊ eius grauitate: ac gradibus diuersis. Et de his q̄ post votum simplex cōtrahunt matrimonium. ¶Sermo vj.

On mechaberis. Exodi. xx.

peccāt nolētes nō tñ nisi volētes: q. ſ. peccam
ex ignorāna vl infirmitate: z sic malicia facit
ſz nō diligūt: q aūt ex malicia peccāt: malicia
diligūt: iuxta illō .ps. lj. Dilexisti malicia sup
benignitatē. Hec mirū si retrahere a bono z
ipellere ad malū virtū tā detestādū iudicat
qz ħ ē vnicū z cōmunū exercitū rep⁹ oboꝛum
spirituū: z iō demonū officijs semeꝛpos ipli
cātes: merito censendi sūt demōes incarnati
vtpote p oia ꝓformes in ope z volūtate: sīc ei
nihil deo accepnus zelo aiaꝝ: sic diabolo ni
hil accepn⁹ seductiōe z pditiōe aiaꝝ. In cu
ius argumētū legit in li. de septē donis spūs
sci. q q̄dā erat mulier q̄ de adulterio cōcepit
filiū: nec habuit vñ nutriret illuz: vir em suus
mozu⁹ erat z oia bona ab ea pariē ablata:
hinc cepit ipa multū dolere quā diabol⁹ cō
tristatā videns accessit ad eā in hūana spē di
cēs. Si vis cōsentire mihi duplicabo tibi oia
q̄ pri⁹ possidebas. Cūq; illa cōsentiret ait de
mō: post septē dies reuertar ad te: ꝺb trāsac
tis redijt z ꝺata ꝓmissū mulieri diuitias du
plicauit requirens ab ea vt in tribus exequē
dis sibi consentire veller. qō ipa gratāter ac
ceptauit z vsq; in finem vite diligēter imple
uit. Primum q; erat q omnes religiosos in
hospitio suo reciperet z eos ad peccatum
carnis prouocaret: z hoc q̄ tum ad illos q̄
prouocāt proximuz ad malū qō ē acceptissi
mum seruitium diabolo. Secūdū erat q in
ecclesijs semper est garrula z verbosa vt sic
a bono deuotos impediret quantum ad se
cundum. Tertiū erat q in die paupeꝛes reci
peret z denocte excelleret: vt sic eos ad im
pacientiam z alia vitia sez blasphemie male
dictiōis z murmuratiōis z detractionis inci
taret. Qō etiam aliqñ grauiꝰ puniunt q̄ ꝓn
cipales agentes: ptz in decret. lxxxvj. di. c. tā
ta nedicia: vbi papa parcit actori ꝓncipali ſz
ñ suggerēnb⁹: qō etiā exēplariter ptz de q̄dā
ꝓposito mōis via de pede mōis: q pri⁹ sum
me fratres minoꝛes diligebat ſz opatiōe cus
tudā famulis suis dilectionē sic ꝙuertit in odiū
q eius pſecutiōe fratres necessario habebāt
vt de castro illo penitus abirent: currentes
ergo fratres precibus ad beatum Francisci
rogabant vt ab atroci vexatione clementer
eos eriperet: qō z factum est: nā de nocte ꝓ
positus ad diuinum iudiciū ꝺeducꝰ cū fa
mulo z cum sñia de eis daret beat⁹ Franci
scus ꝓpositū defendit: dicens: q fuit ordini

suo valde deuotus: sed inductione famuli sui fuit hostis effect⁹. Dictante igit̄ sn̄ia famul⁹ eius vt sibi videbat erat decapitat⁹ cū igit̄ p̄positus a sōno surrexisset nimiū territ⁹ cucurrit ad lectū in q̄ famulus dormiebat: quē veraciter decapitatū inueniēs statim cucurrit ad fratres ⁊ frater minor effect⁹ est.

¶ Deniq; q̄ri pōt incidētaliter vtrū de facto absoluens quē de iure nō poterat absoluere teneat ad restitutionē. s. ei notificādo q̄ eū absoluere nō poterat. cum ꝯstet eū sacramentaliter non esse absolutū: ⁊ p ꝯsequēs in aīe sue bono grandē iniuriam passū. Ad hoc rñdet Guil. in suo sacramētali q̄ sic: ⁊ peccat mortaliter s̄m Rich. in. iiij. di. xviij. ar. ij: q. v. ⁊ sic patz de dāno ipsius anime. Ad lau. dei.

¶ De diffamia directe vel indirecte alteri illata ⁊ qualiter ad restitutionē fame quis obliget. Ser. iij

On furtum facies. Exo. xx.

n Iam ordine debito de restitutione fame ablate ꝓsequēdū ē: vtpote q̄ quodāmō bonis spūalib⁹ adheret: ⁊ iō inter tpalia bona fama principatū obtinet. q̄ maiꝰ bonū ē qd̄ ē ītra nos q̄ qd̄ ē extra nos. Prouerb. xxij. Melius est nomē bonū q̄ diuitie multe: ⁊ iō deteriores reputantur diffamatores q̄ raptores: vt patet. vj. q. j. c. deteriores ⁊ c. sequēti. Dicit Alex. papa. Summa iniq̄tas est fratribus accusare. Unde scriptum ē ¶ Omnis q̄ detrahit fratri suo homicida ē ¶ Hic ergo q̄ri potest an aliquem infamās teneatur ad restitutionem. Ad h̄ respondet Richar. in. iiij. di. xv. q̄. restitutio est actus iusticie commutatiue: ⁊ q̄ ad obseruandam iusticiam oēs obligamur. Hinc etiā tenet q̄libet ad restitutionemm rei ablate iniuste [illegible] restitui potest. Sin aūt tunc restitutio fieri dz in equalente si possibile est vt patet extra ne lite penden. cap̄. ecclie sancte marie q̄ si nec equiualens reddi pōt: tunc satisfacere tenet ad arbitrium boni viri. ¶ Qd̄ si obijcit ad i possibile nemo tenetur: sz in ptāte diffamantis non est mutare opinionē malā hoim quā ex diffamatione conceperūt. Ad h̄ respōdet Alex. de hales in secunda pte summe tractatu de vitio detractionis: quod licet talis non pōt in integrum mutare malam opinionē: tamē tenet bonum dicere de eo sicut pri⁹ dixit malum: ⁊ hoc illis corā quib⁹ fecit diffamationem. ⁊ oñdere se debet deliquisse: ex quo forte mutabitur opinio. Et nota generaliter q̄ quecunq; dicuntur hic de diffamatiōe: eadem pariformiter intelligēda sūt de susurratione: quia sicut diffamator obligat ad restitutionem fame: sicut susurrator ad restitutionem pristine amicitie: nisi forte talis amicitia foret perniciosa. ¶ Preterea s̄m Asten. libro ij. ti. xv. Detractio fit multis modis quibus alterius fama diminuitur: nam q̄nq; fit planis verbis: quādoq; vero verbis artificiose excogitatis vel cantilenis: q̄nq; nihilominꝰ nutibus ⁊ signis: aliquando scriptis qui libelli famosi dicunt: vt cū quis scribit chartā in iniuriā ⁊ infamiā alteri⁹ ⁊ illā occulte proijciens in ecclesia platea vel domo vt inuēta ꝓtinus alter infamet. ⁊ talis non solum peccat mortaliter: sz etiam ꝯtra taliū ꝯfectores ⁊ inuentores: nec stati destruētes sed dolose manifestantes institute sunt grauissime penetam s̄m leges q̄ s̄m canones: vtpote flagellatio ⁊ excommunicatio s̄m canones: vt ptz v. q. j. qui in alterius. c. hi qui ⁊ c. si q̄s: quod intelligitur nisi legitime probauerit ea q̄ scripsit: vnde ibidem. q. ij. c. relatum: precipit q̄ nullius accusatio p scripta suscipiat. sz accusent presentialiter ⁊ c. Et si cōstet q̄ quis illō fecerit accusari pt ⁊ deponi velut accusatiōe ⁊ ꝯdēnatiōe dign⁹. In foro ꝟo penitētie tenetur ad restitutionem dāni dati si al's nō incurrisset damnū illud. Insup tenet ad restitutionem fame in eisdē locis ⁊ etiā in alijs vbi intelligit illum infamatū accusatiōe sua: ⁊ h̄ p se si audet vel p alium si nō audet. vt amoueat ꝓ posse vel saltem alleuiet alteri⁹ infamiam: tenet ꝓinde veniā petere p se si fieri pōt vel p alium māifestato vl' occulto noie suo ꝓ vt discreto ꝯfessori videbitur expedire. ¶ Deinde q̄ri pōt: quot sunt differentie detractionis vel diffamationis quarum q̄s tenet restituere famam. Ad hoc rñdet Alex. de hales: vbi supra in tractatu de vitio detractionis: q̄ sex sunt differentie detractionis ad q̄rum restitutionē quis obligatur. Prima ē cū quis neget bonum qd̄ tamē agnoscit ab alio factum tpe ⁊ loco quo tenebat illud cōfiteri sicut fecerunt iudei qui dixerunt Jo. ix. de miraculo ceci nati quem dñs illuminauit. Da gloriam deo: id est confitere veritatem: nam vt ibidem dicit Lyra. Voluerunt eum inducere ad dicendū q̄ illuminatus esset arte ma-

gica nō ꝟtute diuina: scimus inquiunt qꝛ hic
hō peccatoꝛ est. q. d. ergo virtute diuina nō fe
cit. ¶ Secūda est qñ quis nō negat manifeste
bonū alterius sibi notū sed tamē tacet eo tē
pore quo ex fraterna charitate tacendū non
est: ⁊ hoc ideo vt obloquentiū fauoreꝫ acqui
rat vel indignationē nō incurrat: aut ꝓpter a
liud quodcūqꝫ cōmodū exequendū vel incō
modū fugiendū: sicut exemplariter ptꝫ Mat
th. vlti. in militibus custodientibus sepulchrū
Qui post resurrectionē christi venerū in ciui
tatem ⁊ annūtiauerūt principibꝫ christi resur
rectionē ⁊ angeli terribilem apparitionē: sed
pecuniā copiosam acceperūt ab eisdē vt tace
rent christi resurrectionē ⁊c. ¶ Tertia est qñ
bonū alterius ꝙ quis negare non pōt puertit
dicens illud esse factū intentione mala: vipo
te de vana gloria hypocrisi vel siliꝫbus causis
vitiosis sicut scriptū est de christo. Joh. vij. ꝙ
murmur multus erat de eo in turba ꝓpter cō
trarietatē opinionū. Quidā eni dixerunt quia
bonus est approbātes eius doctrinā ⁊ mira
cula: alij aūt dicebant nō: sed seducit turbas:
⁊ hi fuerunt principes ppli qui ex inuidia oia
opera christi peruertebāt: vbi dicit Augu. ꝙ
quicūqꝫ emicuerit aliqua gratia: alij dicūt bo
nus est: alij dicunt non: sed seducit turbas: qđ
aūt dictū est de deo valet ad consolationē de
ꝯcunqꝫ hoc dictū fuerit christiano. ¶ Quarta
est cū occultū malū alterius reuelatur eo mo
do quo nō debet: quō aūt reuelari debeat dif
fuse ptꝫ in sermonibꝫ de tribus partibus peni
tentie in ꝑmone de opere misericordie spiritu
ali qđ est corrigere peccantē. Pro quo scien
dū ꝑm Sco. in. iiij. di. xv. ꝙ aliū diffamans ve
rū crimen sꝫ occultū in publico ꝓponendo nō
seruato iuris ordine: non tenet retractare ver
bum suū qꝛ hoc faciendo mentiret: sciens esse
verū qđ proposuit: nec eni mentiri debet pro
pter ꝗdcunqꝫ bonū suo proximo reddendū:
cū ꝑm apl'm. Non sunt facienda mala vt ve
niant bona: veruntñ aliquo alio licito modo
tenet ad reddendā famā vt dicendo: non cre
datis eum esse talē: male dixi ⁊ fatue: hoc eni
verū est: quia nō seruato iuris ordine propo
suit in publico qđ nō erat verū publicū: vel di
cat nō reputetis eum esse malū: bonus est eni
quia quilibet p̄sumendus est bonus donec ꝓ
betur contrariū: extra de scrutinio in ordine
faciendo. c. vnico: ⁊ hoc est ꝑsuadere alijs ꝙ
nō reputent eum malū. Scđm Rich. autē ⁊
Tho. tenet etiam sibi ad aliquā recompensa
tionem ad arbitriū boni viri si nō potest ei re
stituere famā predictis modis. ¶ Sed incidē
taliter queri pōt: an accusatus de crimine ve
ro sed occulto: ⁊ illud crimen negans teneat
ad restitutionē imponenti faciendā: presertim
qꝛ sic negās in iudicio notat imponentē de ca
lumnia: ⁊ qđ maius est dicit. v. q. vj. c. qui ca
lumniā illatā non probat: penā debet incur
rere quā si ꝓbasset reus vtiqꝫ sustineret. Ad
hoc rñdet Sco. vbi supra: ꝙ talis non tenet
illā negationē retractare: qꝛ non tenet quicū
qꝫ statim in iudicio cōfiteri se esse reū nondū
cōuictus: tenet tamen ꝑ quedā verba sobria
restituere famā accusanti quē indirecte de ca
lumnia notauit: dicendo nō habeatis eū ꝓ ca
lūniatore qꝛ forte in proponēdo habuit bonā
intentionē: vel forte credidit se probare posse
intentū suū: sed deceptus est. Quidā tñ dicūt
⁊ bene: ꝙ talis in nullo tenet: qꝛ si talia verba
proferret pro reo cōdemnaretur. ¶ Qđ si que
ritur: an talis negans simplici verbo mortali
ter peccet: presertim cū videat esse mendaciū
ꝑniciosum: tam reipublice q̄ prepedit a puni
tione eius iusta q̄ etiā persone accusanti que
ꝑ hoc notat de calūnia: Ad hoc Rñdꝫ Sco.
ibidē: ꝙ sicut dicit Deu. xvj. Juste qđ iustū est
exequeris: ex quo datur intelligi ꝙ respublica
non debet oia mala punire: sed ea tm̄ q̄ iuste
punire pōt: qualia sunt q̄ corā iudice reipubli
ce sufficienter ꝓbari pñt: ⁊ iō non ledit respu
blica si iudiciū diuinū excedat eiꝰ iudiciū: vt
sic aliqua diuino iudicio reseruet: sup quibꝫ
non pōt respublica dare iustū iudiciū. qm̄ vt
habet. j. Reg. xvj. Hō videt ea q̄ patent: de
us aūt intuet cor. ⁊ sic nō est mendaciū ꝑniti
osum ꝯ rēpublicā nec est etiā mendaciū ꝑni
tiosuꝫ ꝯ accusantē: sꝫ accusans sibimet ꝑnitio
sus est dū eo mō defectū alterius ꝓponit quo
nō deberet. imo deberet nō ꝓponere nisi pos
set ꝓbare: ⁊ sic sibi iputet si aliqua sequat illi
infamia: qꝛ ipse sibi est cā nō negās qui defen
dit innocentiā suā in publico vbi nō est nocēs
nec habēdus est ꝓ nocente nisi fuerit publice
cōuictus: ¶ Qđ si querit: vtrū ergo talis pec
cat in se mentiēdo ꝓ se: durū eni videt ꝙ qui
libet ab vno accusatus in publico teneat de
necessitate salutis id statim in publico ꝯfiteri
de q̄ sic accusatus est: ⁊ sic exponere se pati
bulo in iudicio sanguinis: etiā oculū habēdo
non solū ad penā sed etiā ad honestū ⁊ inho
nestū: non eni videt ꝙ ille honeste ⁊ ꝑm rectā
rationem debeat corā tali iudice confiteri: qꝛ

mne ipse plusq̃ quicūq; alius singularis accusans auferret sibi ꝓpriā famā: qz in iudicio creditur ꝓfitenti ꝓpria se. Rñdet Sco. dubiē q̃ rñsio iuristarū in hac pte cauta est: scz dicēdo nego ꝓposita vt ꝓponunt: z hoc in ꝓposito dici pōt sine mendacio: qz ꝓponunt vt in publico: z vt publice ꝓbanda in publico: z ideo sic ea negare pōt: qz scit ea nō posse ꝓbari in publico. Vō si iudex vrgeat eū vt publice fateat vel neget rñdere pōt q̃ sufficiēter ad accusationem rñdit: z sic est moris rñdere iurisperitis. Sed nunq̃d si neget illud intendēs tm̄ negare vt ibi ꝓpositum est: scz vt publicū sicut facere dos facit de ꝓfessione dicēs. Nihil scio istuz malē fecisse: qz loquit vt i publico z scit in foro ꝓscie: nūquid tenet penitere de tali negatione? Rñdet Sco. q̃ sm Grego. z habet. v. di. c. ad eius: q̃ bonarū mentiū est ibi culpas agnoscere vbi culpa nō est: multo magis aūt vbi dubiat an sit sit culpa z qualis ꝓterea in tali casu tutū est post talem negationē indistincte penitere de h̄ tanq̃ de tali quale est. s. si mortale tanq̃ de mortali: z si veniale tanq̃ de veniali. ¶ Quinta est cū alterius malū visum vel auditū ꝺs augmentat apponendo aliq̃d vltra veritatē vt frequenter cōtingi solet: ut ait illud Eccli. xl. Ab vna scintilla augetur ignis: z ab vno doloso auget sanguis: glo. i. mors hoim spiritualis vel etiā corporalis. Sequit. Homo enī pcōr sanguini insidiatur. In cuius argumentū habet. ij. Reg. xiij q̃ post q̃ Absalon interfecisset Amon fratrē suū ꝓpter Thamar sororē suā quā violauit: statim ꝓcurrit fama ad regē Dauid dicēs Percussit Absalon oēs filios regis q̃ si quis fuit a diuersis z de diuersis infamatus tūc vnusquisq; diffamantiū in foro ꝓscie diffamato satisfacere debet ad arbitriū boni z discreti cōfessoris. ¶ Sexta denicq; est cū quis audiuerit malū aliquod: vtpote falsum crimen q̃ alteri mendaciter imponit. Et hoc dupl̄r cōtingere pōt. Primo quidē narrādo malū a se ipso adinuentū ex certa malitia vel ex quada suspitione a signis leuib; sumpta: z talis sm Sco. vbi supra tenet alteri restituere famaz retractando simpl̄r verbū suū q̃ falsē impositū: z hoc ita in publico sicut illū publice diffamauit: alias enī nō seruaret iustitiā in reddēdo primo q̃ suū est. Et sm. Ray. talis fame restitutio sic fieri ꝺz scz q̃ vbi ꝓtra proximū dixit per se vel p aliū aut p cantilenā libellū famosum detractionē oblocutionē susurrationem cōmelia vel similia: in eisdem locis z etiā in aliis in quib; illū ꝓpter hoc sentit ꝺ f famatū publice recognoscat errorē z falsam criminis impositionē nisi ex tali publica recognitione renouaret maior infamatio. Si tamen eaq̃ dixit ex ḡdā verisimili iudicio suspitioso habuit: tūc non debet dicere falsuz esse q̃ de altero dixit sed mendacium: eo q̃ ꝓtra mentem dicebat ꝓmū infamando: z tm̄ potuit esse vez: sed vt dictū est quilibet pūmendus est bonus donec ꝓbet contrariū. Et sm Host. z Ray. talis etiā ab infamato tenetur veniaz postulare nisi causa rōnabilis obstaret. ¶ Ex his ergo pōt aduerti q̃ difficile sit restituere famā ablatā: z q̃ pauci reperiunt qui hoc seruant: z tm̄ quotidie multiplicie multiplicq; modis infamie grauissime sine aliqua satisfactione diuersis ponunt. Verumtm̄ ve illis p quos talia scandala suscitant: qz execrabilia homicidia iudicant: vt ꝓz de pe. di. j. c. homicidiorum vero. ¶ Sed aliquis obijcere pōt q̃ quis magis obligat zelare ꝓ fama ꝓpria q̃ aliena: z qz non posset famā reddere primo verbū suum retractando nisi seipm̄ turpiter diffamaret igit non videt iustum q̃ se diffamādo alteri famā restituat. Ad hoc rñdet Sco. vbi supra. q̃ vnusquisq; magis diligere ꝺz bona ꝓpria tam spūalia q̃ corporalia z etiā exteriora: ꝙ hoc ordinate id est i ordine ad deū z ad anie bonū. Et ideo quilibet cui iuste cōpetere pōt fama: ꝺz illā sibi magis diligere q̃ alteri cui in eadez causa non pōt iuste competere. Si tm̄ hmōi fama sibi ꝓpsi cōpetere non pōt nisi iuste: tūc magis ꝺz illā alteri diligere cui iuste cōpetit q̃ sibi met cui iniuste: z sic est in ꝓposito: naz falsē de crimine accusato iuste cōpetit fama: accusanti aūt iuste i hoc ꝑpo fame iuste non cōpetit: non solū quia accusando mentitus est: sed qz publice mentit̄ est: in quo seipsum sufficienter z radicaliter diffamauit. Secundo contingit falsa diffamatio ꝓximi narrando simpliciter malū ab aliis auditum vbi grā. Quidā nō imponit alteri tale crimē in publico sed de illo sm audita murmurat: non tamen tanq̃ sibi certum sed se sic audisse testatur. Queri potest igit: vtrum talis ad restitutionē obligetur. Ad hoc rñdet Sco. vbi supra: q̃ rara ñdes est ideo inter hoies quia multi multa loquunt. z quotidie mundus plenus mendacijs experitur: ꝓterea dicens se tantū sic audiuisse nisi ex ipso modo dicendi ostendat aliquā maiorē certitudinē q̃ ex cōmu-

muni relanõe babuit: tũc ex natura actus in
illoꝝ opinione nõ aufert ei famã: qz si audiẽ
tes firmiter ꝛcipiũt eũ de quo fmo fit esse cri
minosuz leues vtiqꝫ sunt: de qualibet scriptũ
est Eccĩ.xix. qui cito credit leuis est corde: ve
runtñ qm̃ a scandalis pusillorꝝ cauere neces
se est: qz ve per quem scandalũ venit: z multi
sunt tales pusilli leues ad subito credendum
malũ: ideo periculosuz valde est ex aliorꝝ rela
tu aliꝫ audita talia referre: q si fit aniꝫ leden
do eũ de quo pfert: nõ facile põt excusari in
ꝓra charitate faciat z sic mortalem culpã cõ
mittat. Si vero ex incõsideratione vel ꝓfabulã
di libidine ꝺ fiat: durũ est q genus culpe ve
nialis excedat: cũ vt dicit Jaco. iij. Qui nõ of
fendit in verbo hic pfectus est vir: pserim cũ
humana lingua in lubrico posita sit. Denicꝫ
si quis publice crimẽ cõmittit: vt porte fornica
tur videntibꝫ ac scientibus tribus vt quatuoꝝ
tũc illi postea accusantes crimen nõ diffamãt
eum: sed ipse in illo facto publico seipm diffa
mauit: qz publice cõmittendo ꝙdcunqꝫ crimẽ
lesionẽ sue dignitatis incurrit nec postea illa
publicatio ꝑ quã talis lesio nota fit aufert si
bi famã: sed tantũmodo facit magis in publi
cũ deuenire qõ tamẽ prius ex natura cõmissi
actus simpliciter publicũ erat. Si ꝙs tñ crimina talia tm̃ a paucis nota publicãdo dila
taret: his qui nõ curãt ꝓdesse: nec etiã cozre
ctionis affectus: sed potius loquacitatis libi
dine: non dubitent se graviter peccare: quia
corrumpũt bonos mozes colloquia prava: z
alios prouocant vel ad indignationẽ vel ad
imitationẽ z scandalizationem: quod a nobis
auertat christus. Ad laudem dei.

¶De dãno corporali in ledendo vel abutẽdo: z qualiter in vtroqꝫ teneat quis ad restitutionẽ. ¶Sermo iiij.

On furtum facies. Exo. xx.

n Tertio loco videndũ est nõ incõsgrue de restitutione dãni corporalis: qõ plerũqꝫ proximis inferri solet iniuste: qõ dupliciter fieri põt: scz ledendo vel aburẽdo. ¶ Ledendo vero ꝺs tripliciꝫ gradu dãnificat. Primo aliũ iniuste vulnerando sic tamẽ q sanari põt. Secũdo mutilãdo. Tertio vero occidendo. Hec ergo tria contingere põt dupliciter scz in necessitate ineuitabili vel euitabili. Si cõtingunt in necessitate ineuitabili: tunc fm tertiũ in cle. vna: de homicidio nullam penã inferens incurrit: nec etiã irregularitatem. glo. ibidẽ: vt qz sic arctatus fuit q fugere nõ potuit: nec se clamore vel aliter iuuare: naz defensio z propulsatio iniurie est de iure naturali: vt inst. de iuſ na: gen. z ci. §. ius autẽ gentiũ: dũmodo tñ fiat cũ moderamine inculpate tutele: qõ moderamen cõstituit in tribꝰ fm Sco. in. iiij. di. xv. Primo in factoꝝ qualitate debet eni esse paritas vt scz equa lance equo modo z actu ꝙgruenti resistat: nã offensus sine armis non põt cũ armis offendere: nisi aliud suadeat virtũ inequalitas: qz si pugnus vnius plus põt q̃ ensis alterius: licitũ est ense percutere: vt ibi vult glo. qz defectũ virtũ cuz armoꝝ inuamine supplere põt: presumit aũt iuuenis potentioꝝ sene ad laborez corporeos z sanus potentioꝝ infirmo. ¶ Qõ si quaritur: qd si me cũ baculo quis insultauit: z cõuerso peremi illũ cũ gladio an puniar. Baldus decidit ꝓ theoricã glosam. C. vñ. vj. l. j. q aut insultatus aliter se defendere poterat z tũc punit: aut nõ poterat z tunc nõ punit. Et eodez modo dicit de illo qui me insultauit sine aliq armoꝝ genere volens mihi dare maxillam manu vacua: ego vero ne hoc acciderez cum nõ debeã expectare prius percussi: vt dicit glo. in dicta. l. j. cũ gladio peremi. Nã si poteraã aliter me defendere puniorꝰ: qz non seruasui modũ defensionis: sz fuit excessus vltra terminos defensionis z vindictã assumpsi. Si vero cõstat q aliter euadere nõ poterã: quin cũ vituperio peterer: tunc nõ puniorꝰ: qz si licet hoc ꝓpter res defendendas: vt dicta. l. j. multoforius ꝓpter personã z corpus qõ est dignius: vt. ff. de penis: in l. seruoꝝ. §. fi. In dubio vero an poterã aliter me defendere: ꝑsumit q sic inter pares: secꝰ aũt inter impares ꝓpter inequalitatẽ virtũ: vnde multe circũstantie notãde sunt: vt notatur. C. de sicariis in l. j. ¶ Sed querit vtrũ quis tenet ausugere: dicendũ q sic: cũ sibi nec̃ nocet z alteri ꝓdest. ff. de aqua pluuiar. l. ij. §. item varius. Sz fallit ꝓmo qñ infertur violentia circa res ad earũ occupationẽ vel destructionem: qz fugaraberet secũ periculũ circa res. Secũdo fallit vbi infertur violentia circa psonas: z fuga esset periculũ allaturo: puta qz inimicus est sibi ad spatulas: z ad fugã terga vertendo ꝺs facili vulnerari posset. ff. ad. l. aquil. l. scientiã. §. qui cum alter. Tertio fallit quando fuga periculũ importat honoris qz honoz est ꝑseruandus omni lucro. l. Julianus: z in glo. ff. si quis cauẽ. ¶ Secũdo moderamẽ illud ꝙillic

in tēporis cōgruitate: qz debet in ꝯtinenti scz maleficio violentie adhuc flagrante inuasor repelli. ff. de vi ⁊ vi ar. l. iij. §. cum igit̄: qd̄ verū est d̄ violentia illata ꝑsone: in qua videt̄ fieri ad defensionē: ne scz iterato percutiat̄ si fiat in continenti: ꝙ si fiat rixata separata ⁊ sic nō incōtinenti: tunc fieri videt̄ ad vindictā: ⁊ ido tunc non licet. vt notat glo. de homi. c. signifi casti: in verbo repellere. Si tñ percussus insequat̄ ꝑcussorem fugientem vt eū repercutiat mitius punietur: scz vt culpabilis nō vt dolosus qz difficilimū est iustū obtemperare dolorem. ff. de adulterijs. l. si adulteriū. §. imperator. ¶ Queri igitur pōt: vtrū expectare debeā actum aliquem fieri ab offendente ante defensionez. Ad qd̄ dicendū ꝙ sic: vt armis insultari clamore ⁊ minis terreri: qz inceptor rixe est: qui pōt impune ꝑm leges offendi: vt ff. ad. l. aquiliā. l. si ex. plag. §. tabernarius: ⁊ mine quidē vident̄ sufficientes vel metus earum ⁊ terror sufficiens: qñ fiunt ab eo qui facto minas exequi cōsueuit: alias non: vt sic ex ꝑsonis hoīm pensemus facta. C. si q̄s impa. male. l. j. Dicit tñ Baldus ⁊ securius: ꝙ verbis cōtra verba resistendū est: nō ad manus ⁊ ferrū veniendū nisi in casibus aliquibus: vt ꝟbi gratia: qz forte minator expectat socios venientes quibus alter resistere uō posset: tūc eni liceret ante tp̄s occurrere: ⁊ in similibus idē est iudiciū. ¶ Tertio moderamen illud cōsistit cōtra necessitatis ineuitabilitatē: nā moderate ⁊ ad defensionē fieri dicit̄ qd̄ ex necessitate fit. ff. l. ad aquil. l. scientiā. §. qui cū aliter: nec curamus equalitatē vbi nō possum⁹ euitare necessitatem: qz necessitas facit delictū probabile ⁊ excusabile qd̄ alias nō esset ff. de manumis. testa. l. qui potuerunt: cessante vero necessitate dicit̄ potius offensio vel vindicta q̄z defensio. In dubio ꝟo an q̄s intelligatur ꝑcutere ad defensam vel vindictā dicit Baldus in dicto. §. tabernarius: ꝙ si dum esses: in actu ꝑcutiendi percutio te prius tūc est ad defensaz: secus si te ꝑcutio etiam incōtinenti postq̄z me percussisti: qz tunc dicit̄ ad vindictā nisi facerez ne iterato repercuteres. Si vero non apparet q̄ percussio ꝑcesserit in dubio ꝑsumitur eius culpa qui prouocauit: ⁊ insultatus in dubio ꝑsumitur ꝑm Bald̄: ad sui defensionem fecisse: sed vbi licita est offensio ibi illicita est defensio: tunc eni debet equo animo tolerari: vtpote cū infertur a publica ꝑsona: vt a iudice vel executore iuste suum officium exercente: ⁊ ideo ꝑm leges licite captiuz a familia potestatis recalcitrantē ⁊ resistentez licet familie in subsidiū publice iustine occidere. C. de his qui ad ec. ꝯfu. l. si seruus. Similiter vbi licite infert̄ a ꝑsona priuata: ⁊ ideo non licet filio resistere patri corrigenti: nec discipulo suo magistro nec seruo suo dño: nisi esset nimia seuitia: quia tunc licet eis officiū iudicis implorare: si fiat seuitia cōtra officium pietatis: ꝯcor. Alex. de hales in. iij parte sume. Si vero tria ꝑdicta cōtingunt in necessitate euitabili: ⁊ ꝑsertim ab eo qui primo aliū ad offensionē prouocat: tūc tenet̄ ad restitutionē ꝯz gradū ⁊ qualitatē iniuriaꝝ. Pro quo sciendū ꝙ primo quis infert proximo damnū vulnerando: ita tamen ꝙ vulnus sit remediabile ⁊ tunc inferens remanet obligatus ad tria. Primo quidē tenetur ad expēsas in medicos quas ille in sanatiōe suoꝝ vulnerū fecit: vt ꝑtz extra de iniur̄. ⁊ dam. da. c. si rixasti: ⁊ sumit̄ Exo. xxij. Si rixati fuerint homines ⁊ percusserit alter proximū suū ⁊ ille mortuus non fuerit: sed iacuerit in lecto: qui percussit operas eius scz amissas ꝑm glo. ⁊ impensas in medicos restituat: Secūdo tenetur ad illaq̄ vulneratus occasione talis lesionis amisit: puta si homo deditus erat alicui laboritio corporali: vñ verisimiliter credi pōt ꝙ inde fuisset lucratus: ad talez satisfactionē obligatus est vt dicit glo. in c. ꝑallegato. Tertio tenetur ad placationē ipsius lesi ⁊ de iniuria data: cum eni homini inter cetera bona honoris sit maximū bonum: nō videtur ꝙ alicui inferri possit grauis iniuria per quā multū deijcit̄ quin illi obligetur ad talis honoris restitutionem ⁊ hoc ad arbitriū bonoꝝ viroꝝ. ¶ Secundo vero quis proximo damnū corporis eū mutilando: quod vtiq̄z damnū irremediabile est quia impedit ex toto actum humanū qui hōmin ꝑm membrū illud competit: ⁊ de hoc in lege veteri lex talionis posita fuit: sicut ait dominus Matth. v. dictū est antiquis scz Exodi. xxj. vbi dicitur. Reddet animā pro anima oculū pro oculo: dentem pro dente: manum pro manu: pedē pro pede: adustionē pro adustione: vulnus pro vulnere: liuorē pro liuore. Et dominus. Ego aūt dico vobis: nō resistere ꝓ eo scz malū reddendo ex vindicta: cuius doctrinā amplectēs mater ecclesia nō inuenitur in hmōi aliquā restitutionē nisi pecuniariā cōstituisse. Unde ꝑm Sco. in. iiij. dis. xv. talis mutilans obligat̄ mutilato ad quinq̄z: preser

tim si est enormis mutilatio ex toto impediens actū q̄ cōpetit hoī sm ptē amputatam vt amputatio manus dextre. Primo tenet ad expēsas expositas in curatione illius vt dictū est de primo gradu Scdo tenet ad satisfactionē ipediti lucri ꝓ toto tpe futuro: q̄ mēbro illo vsitaturus erat qd̄ abscissum ē: iudicio proboꝝ virorū: vñ sm ciuilia iura tenet ad extimationē operarū futuraꝝ ꝓ toto tpe vite trūcati: vt patz insti. de obli. q̄ ex q̄si delic. nas. §. hoie. ff. de his q̄ eiecerūt vel effu. l. fi. Tertio ad satisfactionē afflictiōis illius mutilati que sibi ꝑpetua est: cū viuere sine oculis aut sine manu tristabile sit ⁊ onerosum q̄ propt̄ ei tenet ad aliqua alia supimpendenda ex q̄bus possit onera ex tristicias ex tali lesione conceptas cōsolabilius sustinere. Ex vno tamē respectu plus est ponderanda mutilatio pauperis q̄ diuitis: si magis egebat abscisa ꝑte ad victū necessariū acquiredū: ex altero ꝯo respectu alia ꝯditio in diuite pōderāda est: scz dignitas ꝑsone. sz parū ē h̄ q̄ ad primū respectū. Quarto tenet trūcator si diues ē alere trūcatū si alimonijs eget. Quinto tenetur truncator etiā alere oēs q̄s trūcatus illo mēbro lucrās alere solebat: scz vxorē filios parētes ⁊ siles quos nunc propter abscisum mēbrum alere nō potest: ⁊ hec quidem de rigore iusticie. Tertio deniq̄ quis proximo damnum corpis infert eum occidendo ꝓ quo dāno in multis cōmunitatibus lex talionis est posita: vt scz homicida occidatur ⁊ hoc rationabiliter qz hoc consonat legi naturali: cōsonat etiam legi date ꝑ Moysen a domino: ⁊ confirmatū est in lege euangelica a christo dicente Math. xxvj: Oēs qui acceperint gladium gladio peribunt. Veruntamē homicidium tripliciter fieri pōt: Primo a casu de quo dicit Tho. scda scde. q. lxv. q̄ sm ph̄um casus est causa agens preter intentionem: ⁊ ideo simpliciter loquendo casualia non sunt intenta neq̄ volūtaria: ⁊ quia oēe peccatuz est voluntarium sm Augu. ideo casualia inquātum hmōi nō sunt peccata: ꝯtingit tamē id esse volitum ⁊ intentum ꝑ accidēs qd̄ actu ⁊ ꝑ se non est volitum ⁊ intentū: sm q̄ causa ꝑ accidens dicit remouēs ꝓhibens: q̄ enim non remouet ea ex quibus sequitur homicidium quod tamen remouere debuit: iudicat quodāmodo volūtarius homicida: quod cōtingit dupliciter. Primo quando dat opam rebus illicitis quas vitare debebat. Secundo quando non adhibet debitam sollicitudinem. ⁊ vtroq̄ modo committit homicidium ⁊ tenet ad restitutionem: minus tamen cum talibus agendum est argumentū habet Numeri. xxxv. vbi dicitur: q̄ quicunq̄ fortuitu ⁊ absq̄ odio ꝓximum ꝑcusserit ⁊ mortuus fuerit: in vna ciuitatum refugij saluari poterit quandiu in illa ciuitate perseuerauerit vsq̄ ad mortē summi sacerdotis: tūc em̄ ad ꝓpria redire potuit. Et ne talis occisor ꝓpter viam longiorem apprehenderetur a ꝓximis occisi: ordinate fuerunt ꝑ successum temporis. ix. ciuitates refugij equaliter distātes: vt dicit lyra Deut. xix. Preterea scdm iura rei licite operam dans ⁊ debitam diligentiam adhibens: si ex hoc casualiter sequat homicidium non incurrit homicidij reatum argumentuz Deut. xix. vbi exemplificatur de eo qui cum ꝓximo exijt in syluam ad cedendum ligna: et ferrum exiens de manubrio ꝑcussit ꝓximum ⁊ interfecit: talis interfector non reputatur homicida nec est reus mortis. l. dist. ca. sepe contingit. De opere autē illicito ⁊ de diligentia non adhibita vide supius in p̄cepto. non occides. Scdo p̄t fieri homicidiū ex defensione ꝓpria: quā si solū intēdebat ⁊ h̄ cū moderamine inculpate tutele: ⁊ qz talis defensio licita ē: qz sm iura vim vi repellere licet: iō nō iudicat reꝰ homicidij. Nec ei vt dicit Tho. vbi. s̄. est necessariū ad salutē vt hō actū moderate tutele p̄termittat ad euitandā alteriꝰ occisionē: qz plus ꝓuidere tenet homo vite sue q̄ aliene: nihilominus tñ cū hoiem occidere non licet n si publica aucte propter bonum cōmune. ideo illicitū ē q̄ homo hoiem occidere intēdat vt seipsum defendat: nisi ei q̄ publicam habet auctem q̄ intēdēs occidere hoiem ad sui defensionem refert h̄ ad publicum bonū q̄uis etiā tales peccent si ꝓpria libidine moueant. q̄ si ad defensionem ꝓpriā vtatur maiori violētia q̄ oporteat illicitum erit: ⁊ si occiderit reus erit: et tamen minus reus est defendens q̄ inuadens. minusq̄ ad restitutionem obligatꝰ. Tertio pōt fieri homicidium ex inuasione alterius. ⁊ hoc homicidium ꝓprie dicit voluntarium in lege ꝓhibitum ⁊ acriter puniēdum: vñ dicit Sco. in iiij. di. xv. q̄ si de homicidis alicubi non esset statuta lex talionis: tunc pro satisfactione nullus sibi mortem inferre debet: quia nullus debet esse homicida sui sine precepto dei: expedit tñ sibi vt exponat vitā suā in iusta causa

vtpote contra ĩmicos ecclie:scz hereticos vel alios infideles:ordinãdo laborẽ ꝛ pecuniã suã in sanctificationẽ illi⁹ quẽ occidit:vt sic cui nõ ꝓt in corpalib⁹ bonis sanctificat i spũalibus ꝙ si nec tãtã restitutionẽ facere velit ñ põt oĩno a restitutiõe eẽ immunis:sicut ꝯdam fatui putãt leuiter absoluẽtes homicidas nec oĩdentes eis restitutionẽ eẽ necessariã q̃si facili⁹ trãsire possit homicida q̃ vt ita dicã casticida vel homicida ꝙ sine restitutiõe nõ absoluent. Si ꝙ ꝓdictus casus non occurrerit aut illũ acceptare noluerit:dz fz Sco.ꝛ Geral.ordinare totũ vitã suã in oratiõe et pnia ad illi⁹ vtilitatẽ quẽ occidit:vt sic facere valeat spũalẽ restitutionẽ equalentẽ vtiq; abstulit.sic eẽ põt equalẽa in talib⁹. ¶ Tertio ꝺq; fm Sco.ꝛ Geral. Si interfectus alios sustentabat vt filios parẽtes aut alios p̃ p̃nãs aut paupes tenet interfector ad tantam restitutionẽ quãtã illis abstulit p interfectionem occisi. Ratio horum oĩm est:qz damnũ passo facienda est restitutio:ꝛ generaliter vbicunq; non potest fieri restitutio neq; in damnu neq; in equalẽ:restitui põt p recompensationẽ fiendam arbitrio boni viri:fm Ruch. Tho.ꝛ Hugo. ¶ Deniq; q̃ri põt quid de dñis terrarum qui muntãt vel excecãt homines propter lepores cervos cuniculos ꝛ huiusmodi q̃ capiunt cõtra eorum voluntatem Rñdet Alten.in summa.lib.v.ti.xxix.q. graviter peccant nec sunt excusandi a mortali si faciunt libidine vindicte vel amore talium aialium aut libidine venãdi aialia q̃ nullius hois sunt:aut si ꝓpter vnicum actũ ħ faciunt cum nõ debeãt ita seuere procedere nisi ꝯ consueros ad talia:ꝛ si eo inuito aliquem occiderent homicidij crimen incurrerent. Secũdo ꝓncipaliter põt inferri ꝓmo damnũ corporale.s.ipso corpore aburendo in adulterio ꝛ stupro in q̃b⁹ latet multiplex iniuria. Nam fm Tho.scõa scõe.q.clxij. Stuprum importat illicitã virginum defloratiõnem sub cura parentum existentiũ q̃ lz cõsentire videat tñ non modicam iniuriã patit ex ħ ꝙ nulla pactione coniugali ꝓcedente a legitimo matrimonio consequendo ꝓpedit. Scõo ad maximam diffamiam deducit. Tertio in via meretricãdi ponit:a qua ne signaculum virginitatis amitteret trahebatur:ꝛ sic execrabiliter damnificat. Similiter fit iniuria pri qui de eius custodia sollicitudinem gessit:vnde multi parẽtes pon⁹ eligerẽt amissionem nõ modicam substãtie q̃ talem cõfusionẽ filie. Hinc ꝓfulit Eccĩ.xlij.sup filiã luxuriosã confirma custodiãme qñ faciat te i opprobriũ venire inimicis. De hac materia vide plen⁹ superius in ꝓmo fmõe de ꝓcepto: Nõ mechaberis:quõ scz corrupto obligat ad restitutionẽ Sitr in adulterio multiplex resultat iniuria. Primo nãq; fit in maximũ opprobriũ viri:q̃ pon⁹ sustineret se exheredari. Scõo ẽ in opprobriũ parẽtũ ꝛ amicorũ suorũ. Terno est in maximũ opprobriũ ipius mulieris. Quarto ẽ ꝯ bonũ plis vtriusq; scz:adulteri ꝛ adultere ꝛ sic tantã iniriã accumulat vndicq; ꝙ vix facere posset recõpẽsationẽ restitutiõis digne qz testante Eccĩ.c.xxvj. Nõ est digna ponderatio conmẽtis anime. Sed qz de hac materia multa ꝓsequenda restant in eo loco vbi agetur de raptoribus:ideo ꝓnunc gra breuitatis supsedeo. Ad laudem dei.

¶ Causã dãni rep̃ dans alteri.qñ tenetur ad restitutionẽ ꝛ qñ nõ.ex lata culpa leui leuissima:casu fortuito ꝛ ex mora. Ser. v

On furtum facies.Exo.ex.

n Visis de diuersis dãnificatiõib⁹ q̃ respiciũt psonã videndũ ẽ ó bis q̃ respiciũt terrenã substãtiã. ¶ Pro q̃ sciendum ꝙ dãnificãtes ħ ꝓprie dicũt alteri dãnũ inferentes lz sibi nihil auferẽtes. Ó qdẽ ꝓncipaliter fit dupliciter. Prio dãnũ actualiter inferendo p se vel familiã aut suos.in eo ꝙ actualiter alt possidebat. Scõo in eo ꝙ alter ꝓprialiter vl potẽtialiter possidebat. Quãtũ igit ad primũ q̃ri põt vtrũ illa regula turꝫ sp est vera. Qui occasionẽ vl causam dãni dat:dãnum dedisse videtur.qz si f.c:tũc semp hmõi obligaretur ad restitutionẽ. Ó videt satis grauiter:cum valde multiꝫ modis occasio dãni pt dari p̃sertim i damno p casũ. Ad ħ dicendũ ꝙ si ꝺs in damno p casũ fortuitũ oĩm diligẽtiam adhibuit ad precauendum:ita ꝙ nihil omisit de contingentib⁹:nunc nõ tenet ad restitutionem:vt.ff.ad.Lacquil.Lqui occidit.§. in hac:ꝛ .Lq foueas:ꝛ extra de iniuꝛ.ꝛ dam. dato.c.fi.vbi ó. Sane lz ꝙ occasionez dãni dat damnũ videt dedisse.scẽ ẽ tñ illo dicẽdũ ꝙ vt non occideret de ꝓtigẽtib⁹ nihil omisit. Exempli gra. Si putator arboꝫ ante casum tempestiue clamauit ꝙ transiens

bꝫ possit p̄cauere periculū: tūc nō tenet licꝫ al
ter opprimat: verūtn̄ in aliq̄bꝫ casibꝫ dans dā
ni cām etiā p̄ter voluntatē tenet ad restitutio
nē. Primo tenet de culpa q̄.s. culpa q̄nq̄ p̄ce
dit casuꝫ: vt cū q̄s fodit cisternā in via cōmu
ni vel loco publico: vel aperit: ⁊ sic apertā di
misit: ac bos in ea cecidit: ⁊ tūc tenet ad resti
tutionē: vt extra de iniur. ⁊ dam. da. c. ij. secus
aūt si fodit in loco secreto: vt dic̄ gl. ⁊ idē est d̄
puero posito in lecto ⁊ oppresso q̄ tūc oppri
mens ⁊ ponēs reus est. Est etiā culpa cū q̄s
ascendit equū quē ꝓpter suā impotentiā vel
imperitiā retinere vl̄ regere nō valet: ⁊ ideo
tenet si quēpiā equus ledat: qd̄ verū est si vt
dicit extra de homici. c. significasti: ascensor sci
ebat equi vitiū ⁊ equū bucca. i. ore durū: ⁊ sic
sciret se nō sufficere ad eius retentionē q̄ tūc
est in culpa: ⁊ idē est si cognouit suā iperitiā:
secus tn̄ si ascensor eius i culpa nō erat: vtpo
te q̄ equus talē duritiā ⁊ impetū nunq̄ ostē
debat: vel ascensor illā duritiā penitus ignora
bat: vnde casum de puero sic oppresso: extra
de homi. c. dilectus filius. Preterea cū regula
iur. sit li. vj. nō est siue culpa q̄ rei q̄ ad eū nō p
tinet se imiscet: ideo ꝓut etiā glo. ponit in exē
plo: clericus iaciens lapidē aut secus viā sa
gittans: tenet de dāno dato: vt li. di. c. clerico
⁊ in monacho chirurgico: vt ptꝫ extra de ho
mi. c. tua: ⁊ sile iudiciū est in opere illicito q̄ te
net de culpa. Q̄nq̄ vero casuꝫ cōtomitatur
vt si medicus vel chirurgicus secuerit impe
rite aliquem. ff. ad. l. aquil. l. qua actione. §. si.
Q̄nq̄ vero culpa sequit factū vt in medico
vel chirurgico q̄n bene secuit vlcus ꝑ postea
circa curā negligens fuit: ⁊ hec tria probant
extra de eta. ⁊ qua. or. c. ad aures: ⁊ de homic.
c. tua nos. Q̄nq̄ tn̄ de culpa non agit: q̄ cul
pa vnius cū culpa alterius cōpensatur: hinc
imputat illi qui se tōderi patit in loco piculo
so vbi de cōsuetudine cū pila ludebat: vnde
nō tenetur tonsor ⁊ forte nec ꝑcussor: nisi data
opa illū percusserit qui radebat: veruntn̄ q̄n
ex vna parte dolus cōmittit ⁊ ex altera parte
culpa dep̄hendit tunc dolus culpe p̄ponde
rat. Secūdo tenet hō de culpabili negligen
tia. puta si dānū dedit ex eo q̄ ignē non cohi
buit: ne ad domū alioꝝ vagaretur: tūc eni ꝑm
Inno. extra de homici. in. c. sicut dignū: tenet
ad restitutionē: vt. ff. ad. l. acquil. l. si fuus ser
uum. §. si arbustū: tunc in foro penitentiali nō
videtur: q̄ ad emendā damni teneat: sed tn̄
est illi iniungenda penitentia de negligentia
non de damno satisfaciendo: ar. xv. q. j. inebr
auerunt: lex eni ciuilis q̄ intendit circa ꝯser
uationē patrimonioꝝ: cōstituit q̄ etiā ad resti
tutionē damni talis obligaret: credendū ta
men est q̄ si talis aliquo modo per ignē inten
deret dare damnū: q̄ etiā tunc in foro pnie vl̄
cōscientie damnaret ad restitutionē: ⁊ idem
dico si etiam non intenderet sed in eo lata cul
pa erat vt ignem proijciendo in domū plenā
stipula: multomagis tenetur iudex vel officia
lis negligens: quia ꝑm Joh. de platea. C. de
canone largitionaliū titulo: li. x. in lege: prece
pit: negligens punire criminosos eadem pe
na puniri debet: q̄ iudex qui repertū non vin
dicat facinus tegere vt conscius criminnosa
festinat: imo debet esse sollicitus ⁊ velle certi
orari an officiales sibi subditi bene vel male
gerāt officiū: ⁊ si male tūc melius ꝓuidere de
bet: alias de negligentia punit: vt. ff. de offi.
consul. ⁊ lega. in. l. obseruare. §. proficisci: ⁊ in
l. j. C. ad. l. iuliaꝫ repertū. Tertio tenet homo
de imperitia ⁊ ignorantia: nā ignorātia plerū
q̄ asscribitur culpe. p̄sertim in his q̄ quis sci
re tenet ꝑm exigentiā accepti officij vel artifi
cij: alioquin nimis p̄sumptuosum est se talibꝫ
immiscere. Qd̄ aūt asscribitur culpe: patet in
sti. de obli. que ex quasi de li. nas. in prin. ⁊ hoc
primo in iudice: qui si tulerit imprudentia sua
sentententiā iniquā: ꝑm monaldū tenet in soli
dum. C. de pena iudi. que male iudicat l. vlti.
Secundo in notario: Tertio in aduocatis.
Quarto in medicis. Quinto in artificibus d̄
quibus om̄ibus videbitur infra in locis suis.
¶ Quarto quis maxime tenet de dolo ex in
dustria q̄ illud est simpliciter voluntarium
nec recipit aliquā excusationē. Quinto tenet
etiā quis de mora: nā si qui sunt in mora tra
dendi res quas dare tenent: tūc si pereūt sunt
ad restitutionē obligati: vt in reg. iur. li. vj. v
bi dicit mora sua cuilibet est nociua: ꝯcordat
. ff. de reg. iur. l. in cōdemnatione. §. vnicuiq̄:
vnde in dicto. c. mora: glo ponit exemplū: de
eo qui est in mora soluendi decimas quia suo
piculo pereunt etiā si casu fortuito pereant: ⁊
idem est de cōmodatario vel depositario: qui
fuit in mora reddendi rem sibi cōmodatā vl̄
depositam: ⁊ idem est de fure qui semper est
in mora. Circa regulam hanc tn̄ notandum
est ꝑm glo in dicto. c. mora: q̄ ad hoc q̄ aliq̄s
dicatur morosus: requiritur q̄ sciat se debe
re ⁊ scire debeat: ⁊ q̄ interpellatus fuerit a iu
re vel ab homie: ⁊ q̄ habuerit possibilitatem

dandi: vt. ff. de re. cre. quem te. ⁊ tunc tenetur mozosus de casu fortuito etiam si eo dē modo fuisset res apud dominū peritura ſm Accur suū: q; fortassis dñs rei vendidisset ⁊ apud alium periſſet: ⁊ hoc tenet Bern. Dicit etiam notanter moza sua: q; si se paratū exhibuit ad reddendū sed alter recipere noluit: tūc excusatur de moza. Vñ gener aliter si debito: primo fuit in moza soluendi ⁊ postea creditoz in moza recipiendi vel ecōuerso: tunc vltima moza nocet: vt. ff. ō vſuf. l. debitoz. ¶ Ad maiozē tū euidentiā sciendū: q ſm doctoꝛes dolus est infidiosa machinatio: vt si cōmodatarius furri pi sibi facit cōmodatū. Lata culpa est nō intelligere vel scire qđ oēs intelligūt vel sciunt vt si cōmodatarius dimiserit rem cōmodatā in platea ⁊ ablata fuit: ⁊ ipse dicat q nō credebat q acciperet. Leuis culpa est negligētia: vt si cōmodatarius posuit rem cōmodatā in camera sua ⁊ ostio apto relicto recessit. Leuissima culpa est q̄ pōt aliquo mō p̄euideri: vt si cōmodatarius rem in arcba reposuit sed non firmauit: q si fecisset fur si furripuisset. Casus fortuitus est qui nullo mō p̄uideri potuit vel resisti: sicut incendiū ruina naufragiū ⁊ similia ¶ Quibus p̄missis queri pōt ad quid mutuo cōtrahentes teneant. Ad hoc rñdet Joh. de platea: insti. q. mo. re. ℈. obli. ℈. j. q si p̄tractus celebꝛat gr̄a damni tantū: vt cōmodatarius depositarius etiā de casu fortuito: vt no. insti. e. ti. Vñ quinq; sunt ſm Jo. de platea q̄ faciūt depositarium ad restitutionē teneri: sez cōuentio. i. pactū: dolus: culpa: moza: ⁊ oblatio: vt no. ff. depositi. l. j. ℈. sepe. Si vero cōtractus celebꝛat gratia recipientis tantū: vt in cōmodato: tunc tenet de dolo ⁊ omni culpa sez lata leui leuissima: verum tū vt notat glo. in dicto ℈. j. insti. quibus mo. re. cōtra obli. q̄nq; tenetur cōmodatarius tantū de dolo ⁊ lata culpa: puta si quis cōmodauit vꝛozi alterius vt ornatoꝛ ad eā duceret: vt. ff. cōmodati. l. si vt certo. ℈. nūc videndū: ⁊ ℈. interdū. Quandoq; vero etiā de culpa leui: vt si cōmodo tibi ephebum vt comites ami et inuitent ad cenā. ff. cōmodati. l. in rebus. ℈. hoc ita. Q̄nq; vero de leuissima ⁊ hoc in cōmuni vſu cōmodandi. Q̄nq; etiam de casu: vt si culpa p̄cedit. i. culpa sua accidit: hec glo. Vnde licꝛ quis re sua male vti posset: cuz in ea sit moderatoꝛ ⁊ arbiter: in deposito tamen determinatū est q debet adhibere diligentissima custodia que culpam leuissimā excludat ⁊ ideo maioꝛ diligentia adhibenda est in alienis q̄ in suis: quia in suis culpa culpanda est in alienis punienda: vnde nec furtum inter casus fortuitos computat quia resisti potuit ⁊ p̄caueri: ⁊ ideo non excusat cōmodatarium vt insti. qui. mo. re. ꝓtra obli. ℈. fi. nisi fiat a p̄sona domestica: de qua non suspicabat: vt notat Cynus. C. depositi. li. j. ff. de fur. l. cum q. ℈. idem scripsit. Similiter incendiū non computat cōmodatoꝛio inter casus fortuitos si incipit a domo sua quia sine culpa mhabitantis um non oꝛitur incendiū. ff. de offi. p̄fec. vigil. lum. l. nam salutem nisi forte fulgure choꝛus scante causaretur incendium. Si proinde fit contractus gratia vtriusq; : vt in locatione ⁊ conductione: tunc tenet de dolo ⁊ culpa lata ⁊ leui: vt. ff. cōmodati. in. l. si vt certo. ℈. q. Sume exemplum in creditoꝛe pignoꝛis qui tenet de dolo ⁊ culpa lata ⁊ leui: quia contractus celebꝛatur gratia vtriusq; : vt dicit textus insti. qui. mo. re. contra. obli. in. ℈. fi. ⁊ ideo nō tenetur de leuissima culpa: nec de casu fortuito nisi fuerit in culpa. Si deniq; in cōtractu trāsferatur dominū vt est in mutuo: tunc recipiens tenetur de dolo ⁊ culpa lata leui leuissima ac etiam de casu fortuito: vt insti. qui. mo. re: contra. obli. ℈. j. ¶ Ceterum si quis heres vendit rem depositam vel cōmodatam quā tamen ignoꝛabat depositā vel cōmodatam ſm glo: in. c. cum quis: de regu. iuſ. li. vj. talis excusat: quia cum in ius succedit alterius: iustam ignorantie causam censetur habere: ⁊ ideo non tenetur ad restitutionem rei sed ad exhibitionem eius: vt. ff. eo. l. j. in fi. ⁊. l. ij. Pozro si quis rem cōmodatam ad certum vſum suuz: vertit ad alium vſum vel vtitur vltra cōcessum: aut eā alteri cōmodat: furtū cōmittit nisi credat dominū permissurū ⁊ erat iusta causa credendi: q si per alterū amittitur tunc vltra concedens ad restitutionē indiuincre tenetur qualitere q̄q; res fuerit perdita vel deterioꝛata. Similiter depositarius vtens re depposita furtuz cōmittit: si ne vtatur illi p̄hibitu fuit: aliqs secus si dominū permissurum putauit: q si res deterioꝛ redditur reddita non videtur. ¶ De hinc queri potest quid de his qui dāt damnū aliꝫ cum suis animalibus. Ad hoc dicendū q duplex est actio qua tenet dominus animalis damnū dantis: prima dicit lex aquilia: de qua habet insti. de. l. aquilia: ⁊. ff. eo. ti. ⁊ hac lege tenetur dominus animalis damnū dāt

ris qñ culpa sua aut negligētia animalis dā-
nū dedit. puta si dño instigāte equū ipse dolo
re cōcitatus recalcitrauit vel damnū dedit:
aut si q̄drupes oneratus plus iusto damnū
dedit: vel si aīal suū in segetē alteri⁹ misit: vl
si sciebat bouē suū cornupetā ab heri ⁊ nudi
ustertius: aut scit aīal suū ferā bestiā vt canez
⁊ sil'es. Ar. extra de iniur. ⁊ dam. da. c. si bos.
c. si leserit. c. si culpa tua. vñ generalit' nō dz
aliq̄s tenere verrē: aprū: canē: vrsū: leonē: pā
therā vel aliud aīal q̄dcūq̄ q̄d nocere possit
fm Host. ti. de paupie. §. qñ vir. ⁊ notādū. ⁊
hec colligūt' ex glo. ⁊ dictis doctoꝝ: in. c. fi. ex
tra de iniur. ⁊ dam. da. Q̄d si bestia fuerit fe-
ra vl' a domino suo puocata tūc dādo illud
animal ꝓ noxa non liberatur domiu⁹ eius:
sed tenet' ad totius damni estimationem. q̄z
hmōi animalia nō debēt teneri sine magna
diligentia ⁊ custodia: nec etiam in publico d̄
bent poni vbi scilicet est publicum iter: alias
em̄ dñs tenet' in duplum: vt instit. si quadru
pes. §. interdicimus. ⁊. §. fi. Et fm Johā. de
pla. cōdemnantur in expensis curationis et
operarum amissarū ⁊ amittendarū: inquātū
iudici equum videbitur. Alia vero ē actio q̄
vocat' de paupie: de qua habetur. ff. si q̄dru.
pau. fe. dicatur. ⁊ hac. l. tenet' dñs aīalis dam
num dantis: quando scz quadrupes sine cul-
pa dñi damnum dedit: puta quādo dānum
dedit ꝯtra naturam ⁊ cōsuetudinē sui gene-
ris: lz sua consuetudo talis sit conuicta forte
ꝑ irritationem alterius: puta si sit equus cal-
citrans contra cōsuetudinem suam aut bos
cornupeta: ⁊ tunc liberatur dñs dās animal
damnificans ꝓ noxa lz damnuz excedat qua
drupedis estimationem. Et ex his cōcludi
possunt ifinita ꝑticularia damna: quomodo
scz quis ad eorum restitutionem obligatur:
quia si ex naturali ferocitate bestie vel ex pra
na consuetudine nota domino suo vel ex ali
qua prouocatione aut inductiōe ex ꝑte dñi
possidentis damnum infertur: tunc tenet'. l.
aquilia. Si autem casu repentino vel cul-
pa damnū passi sūt tūc tenet'. l. que vocatur
de pauperie ¶ Denicq̄ queri potest de incē
diario qui dedit occasionem efficacē incēdij
quo lesit domum vel agrum alterius vtrum
teneat' ad restitutionez. Ad hoc rñdet Mo
naldus q̄ tenet' ad totum damnū: ⁊ si volun
tarie ignem apposuit ⁊ debitam dilgentiam
nō adhibuit tenet' in quadruplum: ⁊ fm le-
gem qui dolo ⁊ malicia ignē apposuit: igne
cremandus est aut capite puniendus: vt. ff
de incendio. Pro quo sciendum q̄ ille ꝓprie
d̄r incēdiarius fm Raymūdū: q̄ aucte ꝓpria
incendit ciuitatem villam mansum segetem
vel aliam rem alienam malo studio siue pro
odio siue pro vindicta actu iussu consilio vel
auxilio: ⁊ talis ē excōicādus nec absoluēdus
nisi satisfecerit: ⁊ si mortuus fuerit carere dz
ecclīastica sepultura: ei⁹ pnia erit vt in hiero
solymis aut in hispania in seruitio dei ꝑ an-
num integrū ꝑmaneat. Si ꝟo ep̄us h̄ laxaue
rit damnū restituat ⁊ ꝑ annū ab officio ep̄ali
abstineat. hec habent' xxiij. q. vlt'. c. pessimaz.
Si tñ haberet loci ꝯsuetudo q̄ incēdiarij lo
coꝝ secularium etiam eēnt excōicati ipso iure
sentētianda est: q̄z cōsuetudo est optima int'
pres legū extra de ꝯsue. c. cū dilectus. secus si
cōsuetudo nō appareat. vnde fm Guil. tales
habēt' excōicati in theuthonia rōe ꝯsuetudi-
nis quā papa scit ⁊ tolerat: lz fm rei veritatē
sola cōsuetudo absq̄ snia vel ꝯstitutiōe nō ex
cōicat: q̄d si faceret iussu eius q̄ hz potestatē
indicendi bellū ⁊ iustam causam ꝑtenderet:
non iudicaretur incendiarius. Et dicit' notā
ter malo studio: quia si quis casu vel negli-
gentia hoc faceret non iudicaretur incēdia-
rius. Etiam dicitur alienam: q̄z si propriam
domū vel segetem incenderet: lz abutēdo re
sua peccaret: tñ non teneretur pena incendi-
arij nisi dolo malo hoc faceret: scilz vt simul
aliena bona incenderet scdm Ray. ⁊ alios:
Predicti vero incendiarij postq̄ fuerint ex
communicati ⁊ ꝑ ecclīaz denūciati: nihilomi-
nus absolui possunt a suis episcopis. nisi pa-
pe fuerit reseruatū. Porro incēdiarij ecclīaꝝ
⁊ locorum religiosorū vel eoꝝ qui sūt in spa-
cio priuilegiato: sunt ipso iure excōicati: vt
extra de sen. excō. in. c. tua nos. ⁊. ca. ꝯquestis
q̄d etiā intelligūt veꝝ si ecclīe nō sunt ꝯsecra
te fm Hosti. Jo. an. ⁊ Hein. boyc. extra d̄ cō
se. eccli. vel al. c. vl. ⁊ ibi etiam dicūt q̄ eodez
ꝑuilegio gaudet ecclīa non consecrata: graui
us tñ pecaat qui cōsecratā violat sicut ex q̄li
tate ꝑsone maior iniuria extimatur: eodem
ti. cum illorum: fm eos. Postq̄ vero sunt de
nunciati excommunicati in ecclīa solū ꝑ pa
pam sunt absoluendi. vt in dicto. c. tua nos.
⁊ cōquesti. nisi in mortis articulo. ⁊ dicit Jo.
an. eo. ti. c. tua nos: q̄ legati pape non possunt
absoluere tales: extra de offi. le. c. q̄ transflati
onem. ⁊ in glo. vbi recitat ea que non potest
facere legatus. Ad laudem dei.

¶ De restitutiõe dampni illati in edificãdo plãtãdo seminãdo: & de rei vi tualiter possesse pamno restituẽdo.

Sermo vi

On furtum facies Exo. xx.

gula pcurrēdo dicuit ad memoriam reuoce mus. A Pro q̄ sciendū q̄ vsura est quic quid sorti accedit: siue sit pecunia esca ve stis species lingua seruitiū: vt ptz ferē oib. c.xiij.q.iij Et subintelligit ex pacto p̄cedē te vel etiā ex intentiōe p̄cedente cōcomitan te vel subsequente. Et accipit hic sors p ve bita quantitate rei mutuate in materia oc curr. nti. s. pecunia: frumento vino: olco z si milib. Et sic sors est capitale creditoris ex p̄cessum vel palliatū. Nec vsura cōmitti po test nisi circa sortē z capitale rerū mutuabili um Et hec vsura tam execranda reputatur: q̄ ius naturale diuinū z canonicū vnifomi ter se hūt negatiue ad oēs casus vsurarios: q̄ pari rōne sicut in vno casu sic z in q̄libet p hiberi debuit: cū de sui natura sit mala. Et huius sententie est Joā. an. in mercu. in regu la peccatū Dicit etiā Alexan. de ales in. iij. parte sūme q̄ q̄uis hoīem occidere sit pecca tum in se: nō tamen fm se. Et ideo quādoq̄ licet occidere: quia dns in aliquibus casib⁹ homicidiū concessit. Dare tamen ad vsuram est peccatū in se et fm se: quia nunq̄ in aliq̄ casu licet: z sic nulla pōt in ea cadere dispen satio. vt ptz plane extra de vsu. c. sup eo. Tā ta nā q̄ est illius fcditas q̄ etiam in extrema necessitate quando licet furari: non licet alu um inducere ad mutuandum sub vsura. Vt igitur vsure vitiū magis eluceſcat p̄mo no tandū est q̄ in omni cōtractu ex h̄ contingit vsura vel nō q̄ aliq̄s accedit sorti vel q̄d est de sorte: verbi gratia. Si q̄s possidet domū vel fundū vel hmōi fructus inde excrescens de sorte est: z non accedit sorti. Si q̄s igitur emit aliquā rem iusto p̄cio res ipa secū por tat sortē suā: z si quapuenit inde excrescētia illa de sorte est: z non accedit sorti. Et eodez mō cōtingit in locatione. Cōmodatū aūt si manet in sua natura nō recipit excrescentiā sortis: sed magis tunc in alio cōtractu trāsit sez in locatū. Ex quo relinquit q̄ solū i mu tuo lucrū accedit sorti: z ideo in hoc concor dant oēs doctores q̄ in mutuo non licet ac cipe vltra sortē: z q̄ solū in contractu mutui veri vel interpretati cadit vsura. Hinc. xiij. q. iij. c. putant: dicit q̄dā glo. q̄ sunt duo con tractus qui de sui natura sunt gratuiti. s. mu tuū z cōmodatū. Mutuū ei si non est gra tuitū tam non est mutuū sz vsura. Cōmoda tū vero licet non sit gratuitū tamen non est vsura q̄uis desinit esse cōmodatū: sed si q̄d recipit p̄ re cōmodata z est pecunia tunc cō modatū transit in emptionē z venditionem. Si vero est alia res que dat p ea: tūc trāsit in p̄mutationē: q̄ si p vsu rei pecunie recipit tunc transit in locationē. Si denq̄ res alia recipit tūc transit in cōtractū. s. innominatū. s. do vt des. Ex quo denuo relinquit q̄ solū in contractu mutui cōsistit vsura. Et iō tenē dū est generaliter q̄ quandocūq̄ dicit vsura cōmitti in aliquo contractu emptiōis: vendi tiōis: locationis: permutatiōis z similiū: tūc semp intelligunt ibidē esse duo cōtract⁹. Ex empli gratia: vendo tibi p decē q̄d vir valet octo: z hoc p̄opter dilatiōez solutiōis: tunc est ibidē vsura z per ꝓns duplex contractus. s. venditiōis: z mutui: cui⁹ gratia p̄cio adau get. Scōo notandū q̄ triplex est vsura. s. animi signi z pacti. U Vsura p̄o animi est cuz q̄s p̄ncipalit mutuū dat p̄pter spem lucri: et sic cōmittit vsura sola intentōe corrupta ex p̄te creditorz q̄ p̄ncipalit mutuauit spe lucri: z tūc tenet creditor ad restitutionē ex q̄cunq̄ etiā intentōe debitor illi dederit: vt extra co. ti. c. cōsuluit: i glo. Quidā tamē distinguūt z melio⁹: dicētes q̄ si debitor aliquid dedit ex sola liberalitate p modū doni: tūc non tenet eidē restituere: sz debet pauperib⁹ dare ñ ex p̄ cepto sed ex cōsilio: z dz de intentōe corrupta penitere. Si vo dedit rōne mutui p̄ncipalit: tūc nō abdicauit illō a se voluntarie sz cōdi tionate: ne. s. mutuās reputet se grauatū z al terū ingratū: ac p̄pt hoc alis ñ inueniret tale mutuū: z tūc restitui dz mutuāti: z p h̄ saluari pot cōtrouersia q̄ fuit inter doctores q̄ sumi tur ex. c. cōsuluit: extra de vsu. vbi dr in glo. q̄ licet talis i foro iudiciali ñ est puniend⁹ tā q̄ vsurari⁹: tñ in foro ꝓscie z eccle iudican d⁹ est male agere: z inducend⁹ est ñ cōpellēd⁹ vt sic accepta restituat: q: q̄ ad deuz reuera vsurari⁹ est. Ex h̄ dicūt Scot⁹ i. iij. z Ale xan. lomb. in tractatu suo: q̄ licet talis vsu ra mentalis cū culpa mortali fiat ad restitu tōez tñ nō obligat. Et adducunt exēm de furto: q̄ si q̄s gratis liberalit in dono recipit q̄d furari p̄posuit: tunc licet talis furet mente ñ tamen ope nec ad restitutionē obligat. Sic q̄ ex cōcessō mutuo lucrari intendit a debito re tñ nihil exigit: sed grat⁹ datū recipit: q̄uis sit vsurari⁹ mente: tamē non est ope ita q̄ te neat restituere. Ad q̄d rñdet Jo. an. i mercu. super regla petīm: q̄ int illos duos casus p bat esse magna dissimilitudo. Nā sz donarari⁹

in casu furti corruptā intentionē habuerit: nō tñ donatio causat ab ei⁹ facto: nec annexa est illi intentiōi corrupte. Cui⁹ contrariū in mutuo cadit: q: cū ex bono charitatis gratis fieri deberet: fit p̄ncipalit ex spe lucri: cui vitiose spei effectus cōseq̄t qd̄ est lucrū: ⁊ ideo talis ad restitutionē obligat: q: lucrū exinde sub tali intentiōe receptū est vsurariū: et hec opinio vera est s̄z Jnno. Hostien. Archidia. ⁊ Ray. Patet igit intuēti q̄ he due opiniones ꝯrie cōcordari p̄nt p̄ supradictam distinctionē: quā ponit archiepus florentin⁹ in tractatu restitutionū. Hec āt intentionalis vsura p̄iculosior est q̄ illa q̄ fit cuz expressis pactionib⁹. Primo: q: in foro causaꝝ minime repeti potest. Scdo q: ꝓpt suas subtilissimas palliatiōes a mlt̄ꝫ auaricia cecatis cognosci nō pōt. Exempli gr̄a: vt vnū casū ponam⁹ de pl̄ib⁹. Si emat fundus vl ager iusto p̄cio ea conditiōe q̄ q̄ncūq̄ vendens ementi p̄ciū illud restituit fundū vel agrū rehabebit: tūc ille contract⁹ in se nō est vsurari⁹ s̄z licit⁹: vt dt glo. magna. in. c. cōquest⁹. extra de vsu. pōt tñ ille cōtract⁹ illicit⁹ ⁊ vsurari⁹ iudicari. s. si emptor sub specie emptiōis intēdit mutuare p̄ciū agri: ⁊ p̄ tale lucrū lucrifacere annuos fruct⁹ agri: tūc ei vsura iudicat ex intentiōe: licet ab eccl̄ia s̄z Archi. ex h̄ condemnari nō pōt. Qd̄ si simplici intentione agrū emit iusto p̄cio parat⁹ tñ restituere venditori req̄renti nō est ibidē vsura. Signū autē intentiōis simplicis est q̄ dat iustū p̄cium ⁊ intendebat emere possessiones vl reddit⁹: ac etiā q̄ poti⁹ eligeret fundū tenere q̄ p̄ciū recipe. Ceterū triplex vsuraria intētio distingui potest in cōtractib⁹. Prima dicit antecedens q̄ viget anteq̄ mutuū datur vl q̄ndo datur: quod ꝓprie directe est contra mandatū dominicū. si tamen postea ꝓpositū mutuaret ad regulā charitatis anteq̄ vltra sortem recipet: tunc gratis datū licite retinere posset. Secunda dicit concomitās q̄. s. mutuando non viget tamē si mutuū recipiens postea in mutui recompensationē aliq̄d dat: ⁊ mutuās ꝓpter eandē causam libent hoc acceptat: tūc cōmittit vsurā h̄ns corruptā intentionē cōcomitantē. Tertia dicitur subsequens: que. s. tam mutuando q̄ solutionem recipiendo non viget: sed lapsu temporis cupidine p̄ualente vult mente ⁊ ostendit ore vel ope q̄ ꝓpt mutuū p⁹ fc̄z sibi fiat mun⁹ a mānu a lingua vel ab obseq̄o. Et hi oēs non solum cōmittūt vsurā ⁊ tenent ad restitutionē s̄z ex q̄cūq̄ in ius talis mutui succedūt: vt filij vl heredes. Et hec est sn̄ia Archidia. xiiij q. iij. c. j. Q. si q̄rit. vtrū si non fuit intentio creditoris aliq̄d ex mutuo recipe ⁊ debitor aliq̄d dat teneat creditor ad restitutionē. Ad h̄ dicendū q̄ ex parte debitoris in remunerando in mutuante triplex intētio distingui potest. Prima dicit timorosa qua. s. debitor timet displicere creditori quē credit velle remunerari: vel timet ab eo sibi mutuatū auferri: vl ne inueniret iterū mutuare volentē s. non remuneraret: ⁊ ī similib⁹ casibus. Unde si creditor hanc intentionē scit aut credit vel saltē verisimiliter credere deberet restituere debet accepta: tamen ñ tenet restituere bona fide consumpta: s̄m Guil. Secunda dicit gratiosa quando s̄z in remunerante respect⁹ aliquis remuneratiōis interuenit non tamē p̄ncipaliter propter illud fit: sed magis ex gratia: ⁊ tunc creditor hoc credens non tenetur ad restitutiōem: Tertia dicit amorosa quando s. ex sola charitate debitor aliquid creditori donat: ⁊ si creditor taliter datum credit: restituere non tenetur. Q. si querit Cur nō potest eque bene retineri ab vsurario mentali cui debitor ex mera liberalitate ⁊ libertate facit recompensationem. Ad hoc dicendum q̄ hoc venit ex diuino precepto statuēte edictū q̄ in mutuo nihil sperari debeat. cū quo precepto recipiēs ad mutuū dispensare non potest: ⁊ quia talis recompensatio fit cōtra legē iuste p̄ncipantis saltem in eo qui taliter mutuat. ideo debitor recompensationē facere deliberans: licet q̄ntum in se est mutuanti licite dare potest: tamen nō potest sic libere dare q̄ taliter mutuans licite potest sic vltra sortem recipere: vt patet plenius sup̄i⁹ in sermōe vbi agitur de mutuo facto alicui cōmunitati. Usura ꝟo signi est cū pactū expressum nō intuenit: s̄z q̄dā signa intentionē animi manifestantia: puta cū mutuans insinuat ꝟbo nutu vel signo q̄cunq̄ q̄ nō mutuaret nisi lucrū aliqd̄ speraret: siue cū post mutuū negat terminū vel iuramenti denegat relaxationē ei q̄ iurauit se non absentare ⁊ his silia. Talis em̄ non tm̄ qd̄ accepit inde tenet restituere: sed etiā illi tenet restituere q̄ tali modo mutuū recepit: nisi canonicū aliud obstaret. Cuius rō est: quia nō refert q̄d ex equipollentib⁹ fiat: nam sicut non refert vtꝝ q̄s aliū gladio vel baculo interficiat: sic non re-

fert an ꝑbo signo demõstratiõe vel circũlo/cutione q̃s aliq̃d ostendat: vt extra de ꝓsan. t aff. c. tua nos. ff si cer. petat. l. certum est. Usura dentiꝫ pacti fit cũ pacto expꝛesso de acq̃rendo lucro vltra sortẽ. Et vt angit extra ỏ excess. ꝓlat. c. inf dilectos: i glosa triplex est usura. P ima ỏz usura cõis: t est illa que in die vel septimana vl i mense excedit sortem: sicut ptz ibidẽ in textu de clerico ludente ad taxillos q̃ concessit socio. xj. p. xij. t sic ꝑma die potuit excedere. Scda ỏz centesima: q̃. s. excedit sortẽ in anno. Tertia dicit septupla vel sexagesima que. s. excedit mediatẽ sortẽ in anno. Unde Justinianus imperator ꝓmi/sit usuras centesimas t sexagesimas. s. leuissimas: quia vidit hoies impy sui prauos eẽ t ꝓnos ad dandũ ad usurã: t ꝓmisit minus malũ ad euitandũ maius: ꝓmisit inquã: id ẽ non puniuit: vnde leges implicite ꝓhibent usuras vt supꝛa tactũ est. B Tertio notandũ q̃ usura fm oẽs doctores ꝓprie nõ cõmittit nisi in cõtractu mutui. Mutuũ autẽ dicit q̃n aliq̃d meũ fit ꝓ aliq̃d tps tuũ: t ỏo necesse est q̃ solũ in illis reb⁹ q̃b⁹ mutuũ inf uenire põt usura cõmittit. Quas Alexan. de alis distinguit in triplici genere. Quedã ei mutuant sub certo numero sicut pecunia: quedã sub certo pondere sicut aurũ. quedam etiã sub certa mensura sicut granũ vinũ oleũ t silia. in quib⁹ solũ ꝓprie cõmittit usura: cuius ratio est: q̃ sole res circa quas mutuum consistit hñt de natura vel arte sibi constitutũ valorẽ: quẽ transcendere minime pñt nisi vitiose cõtra naturã vel artẽ agat. Ad Sanf. aũt q̃ obꝫcit etiã in alijs rebus cõmitti usurã posse vt in equo vel prędio ꝓ pecunia mutuata in pignus recepto: dicendũ est q̃ distinctio fieri debet inf usurã que exigit ab usurario vltra sortẽ vel mutuũ q̃ꝺ ꝓpe ỏz usura: t inter res in q̃ cõmittit usura q̃ est ipm mutuũ vt equus vel agrũ de quo gignitur ipm lucrũ: nam si ponderat id q̃ꝺ mutuo datur cui ꝓprie t vere accedit usura: tunc sẽ consistit in tribꝰ ꝑdictis: si ꝑo ponderat premiũ q̃ꝺ datur: tunc esse põt aliud a prędictis: sed hoc impꝛoprie t interpretative dicitur usura. Quarto videndũ est de interesse quõ põt admitti in contractib⁹. Pro q̃ sciendũ q̃ interesse ꝛ docẽ. est q̃dã cuitatio damni vel recõpensatio dãni: vñ fm Thom. ij. ij. q. lxxviij. ꝓ interesse: id est ꝓ occurrenti damno euitando licitũ est pacisci cũ alio: cipere aliquid vltra sortem absq̃ vitio vsure: ita q̃ in pactũ deducat cũ eo cui mutuat damni recõpensationẽ per q̃ꝺ sibi subtrahit aliq̃d quod habere deberet: quia hoc non est vendere vsũ pecunie vel mutuũ. sed damnũ cuitare: recõpensationẽ tñ damni q̃ꝺ cõsiderat in ꝑ q̃ de pecunia ñ lucrat: nõ põt in pactũ deducere: quia non debet id vendere q̃ꝺ nondũ habet: t multipliciter impediri potest ab habendo. Dentiꝫ qualiter vnusquisq̃ pacisci potest ꝓ interesse damni emergẽtis tam de preterito q̃ de pñti t de futuro diffusius ptz superius in sermone vbi latius agitur de hmõi interesse. Quinto notandũ est de emptione et venditione in qua cõmittit usura plus vendendo ꝓpt dilationẽ solutiõis: aut minus emendo propter tempꝰ anteriorationis. Pro quo sciendũ q̃ si vendens petenti dilationẽ solutionis: auget propterea pretiũ solutiõis: non tamen vltra terminũ iusti pretij. s. rigiꝺi gradus: de quo dictũ est supꝛa: tunc ex vi contractus nõ cõmittit usuram: quia talis non vendit vltra iustũ pretium q̃uis nõ faciat gratiã remissionis pretij defendẽdo ad gradũ discretũ vel pũ: q̃ꝺ libenter faceret si emens statim solueret. Aliud est nõ facere gratiã aliquã ꝓ eo q̃ facit gram expectationis: t aliud est ꝓpt expectationẽ simpliciter excedere iustũ pretiũ. Insuper hoc gnaliter tenendũ est q̃ tempus illud vendi potest q̃ꝺ est ꝓprium prestitoris aut venditoris: tempus autẽ q̃ꝺ non est ꝓprium prestitoris: sed potꝰ receptoris sicut est in omni mutuo nunq̃ vendi potest. Et sic licet propter tempꝰ rem plus vendere aut minꝰ emere q̃ꝺ tempore contractus valeat: quando nõ ex malicia contrahẽtiũ: sed ex propria natura contractꝰ illꝺ pcedit. Exemplũ ꝑmi. Si quis vendit equũ non potest vendere tempus: cum in contractu sit translatio dominij ipius equi t sic tempꝰ est proprium emptoris: si vero vendit vsum equi tunc potest vendere tempus: quia tunc est ꝓprium venditoris eo q̃ non transfertur dominium equi. Exemplũ scꝺi. vendis bladũ ob alterius rogatũ in hyeme quando minus valet: ponit illꝺ vltra iustũ pretiũ: quia seruare proponebat et disponebat illud in estate q̃n plus valet. Et econtra dici potest de emente: vnde si taliter bladum vendens non disposuit illud seruare: tunc usuram cõmittit: quia ex malicia contrahentis t non ex natura contractus plus iusto vendidit. Sz de ꝑ

superius visum est vbi agit de augmentatione precij propter dilationē. Similiter ius vel vsus rerū pro futuro tempore minus emi pt q̄ si presentialit traderent: ⁊ q̄nto ius futurorū protendit in longiora tempora tanto ceteris paribus emi potest minori p̄cio: qd sane intelligit i his rebus quib⁹ ius rei differt ab ipsa re vel ab actuali possessiōe ⁊ vsu rei. Et sic p redditib⁹ ac possessionib⁹ ⁊ similib⁹ licet minus dare q̄ toto tempore valent in fructibus. Similiter ponatur casus de pecunia q̄ creditor habeat ius p̄cipiendi a debitore singulis annis centum coronas vsq̄ ad decem annos: q̄ faciunt mille coronas: tunc temp⁹ illud est ꝓpriū debitoris ⁊ pōt vendere creditori: ita q̄ in ꝓmpto dabit tm̄ octingentas coronas. Sz hec latius patent supi⁹ vbi agit de diminutione precij ꝓpter anteriorationē solutiōis. ¶ Sexto notandū est de mutuo coactiuo simplicit vel fm qd: nam mutuum quod simpliciter fit ex coactione s. cōmunitate vel supiore cogente excusat ab vsura quia talis coactio multū aufert de rōne mutui ⁊ per ꝯns de rōne vsure: de natura nanq̄ vsure est q̄ fiat in mutuo voluntario cū spe lucri: hoc autem mutuū est coactum sine spe lucri saltē principalit: ⁊ qd non est licitum in lege: necessitas licitum facit: vt extra de reg. iu. Verūtamē recta intentio necessario coniungit coactioni: q̄ si cogi placeret illicitum fieret: eo q̄ coactio in voluntariū transiret. Similit mutuū voluntariū fm qd excusari potest ab vsura: verbi gr̄a. Si rem meā p potentiā vel iniusticiā occupasti: vel mihi vim facis in reb⁹ meis: vel non restituis mihi rem mutuo prestitā locatā vel cōmodatā: aut etiam nō soluis mihi opas impēsas aut alia q̄cunq̄ debita: vel nō vis desistere ab iniuria mea nisi tibi mutuē centū: quo facto desistis iniuriari: ⁊ omnia ꝓmittis restituere. hoc nō est vsura ex parte mea: cum nihil lucrer: sz redimo vexationem iniustam: mea recupero: ⁊ me defendo quod licet: ar. extra de si. c. dilectus. nec vsuram cōmitto si propt mutuū mihi soluat iustū debitū vel nō exigat iniustū debitū. Et hec lati⁹ patēt supi⁹ vbi agit de locationib⁹. Septimo notandū est de dubio vel piculo qd intuenire pōt in contractu mutui veri vel intpretati: gr̄a cui⁹ pōt aliqñ aliqd vltra sortē recipi: licet vt frequent vsura palliata se latent immiscet. Ad cui⁹ euidentiā regule generales dari possunt. Pria est qd in mutuis veris vel interpretatis spe lucri principalit factis: dubiū seu piculū a fenore nō excusat: cuius rō est: q̄ si principalit fiunt spe lucri tunc vsure vitiū est annexū: ⁊ iō dubiū ⁊ periculū de sui natura non tollit vitiositatem a tali mutuo. Scda est: q̄ dubiū ⁊ periculū nō tollit vsure vitiū: nisi dominiū ⁊ vsus rei periclitantis cū q̄ lucrat ad lucrantē ptineat: quia ex re sua non aliena quis lucrari debet: cuius ratio est: q̄ cum in actu lucrandi periculū merciū vel pecunie nullo respectu actus mercandi spectat ad ipm tradentē: sed solū ad eum cui res tradite sūt: tūc eo ipo rerū vsus et dominiū quo ad actū illū mercandi spectat ad eum solū cuius periculo currunt: res eīn pdit dño suo. Tertia est: q̄ dubiū vel periculū a fenore nō excusat vbi in cōtractu causa tpis nō ꝓprij pl⁹ aliqd sperat: cui⁹ rō est q̄ ibi semp p̄sumit esse mutuum verū vel intpretatiuū cū fit spe lucri ꝓpt intercurrens tp̄s: de q̄ dictū est sup̄. In contractu igr̄ mutui veri vl intpretati q̄druplex dubiū siue piculū interuenire pōt. Prio i capitali ⁊ nō lucro. Scdo in lucro et nō capitali. Tertio nec in capitali nec in lucro. Quarto et in capitali et in lucro. De quibus superius dictum est vbi agit qñ dubium vl periculū excusat vbi diuersi casus specificant.

Octauo notandū est de mutuo i locatōe anialiū. De q̄ dt Alex. de alexan. q̄ duobus modis ibi intuenire pōt fraus vsuraria. Primo qñ lucrū qd ex tali cōmissiōe ꝓuenit ortū habet ex mutuo: vt si diues paupi mutuat centū coronas ad emenda iumenta nutrienda ad lucrū vtriusq̄: tale lucrū est vitiosum: q̄ ortū habz ex mutuo: hinc siue totū siue ptē mutuo tradit nūq̄ ex mutuo lucꝝ sumere pōt. Scdo qñ excludit piculū pncipalis cōmissi a cōmittente: siue qñ cōmittēs sibi taxat lucrū i tanta q̄ntitate q̄ ñ recōpensat labor ⁊ sollicitudo nutrientis fm rectā estimationē. Hinc Monaldus in sūma ponit regulam generalē dicens: hoc generalit verū est q̄ vbi ꝓbabilit dubitat: vtrū cōditio vni⁹ sit deterior vel alteri⁹ ex forma conditionis vel pacti adhibiti in cōtrahēda societate ñ ē peccatū: vbi aūt ad arbitriū boni ⁊ experti viri grauat alteri⁹ cōditio: peccatū est ex pte grauantis si scient hoc faciat: ⁊ tenet ad restitutionem. Non pōt tm̄ dari generalis doctrina super hmōi traditiōib⁹ anialiū propt varietatē traditionū ⁊ varios dolos qui sub tali

bus cõditionib⁹ a dñis dazq excogitant emp⁹ mitter: q̃uis nõ vltra medicinarẽ iusti precẽ. In quo casu nõ solũ eccl̃ia/ sed etiã quarus quicq̃ tenet ad restitutionẽ: z si non iure fo ri/ saltẽ iure poli. Et maxime quãdo simpli cem circũuenit. vt extra de emp. z vẽdi. c. cũ dilecti. Ad laudẽ dei oĩpotẽtis.

De decẽ preceptis mercatorũ que necessario sunt obseruãda vi tam eternam mereri volẽtibus Sermo.xlvij.

On furtum facies.

Exo. xx. Digressi paulo lõgi⁹ ppt̃ varios euẽtus z casus mer cationũ z practuũ: iam cũ gra reuertamur ad depingẽdum stilo cõpendioso vitã mercatoꝝ illoꝝ q̃ saluari desiderãt: ne seducti in ignorãtia/ de tẽplo regni celestis ejciant foras in tenebras exteriores. Multa nãq̃ req̃runt in mercatore diuinis legib⁹ z hũanis approbãdo. Primo requirit po tissime timor dei in oib⁹ agẽdis. in q̃ vt effi cacius nutriat/ tria sunt necessaria. Primo vt missas z alia officia diuina freq̃ntare nõ desinat: p̃sertim in dñicis diebꝫ z festis: fũ mope cauens ne mercãtiaꝝ negocijs iplicet illis diebꝫ: nisi q̃tenus pmissum reptt̃. de q̃ ptz ũ. in. ij. p̃cepto. Heu q̃t mercatores inf fideles z infideles longã mozã trahẽtes: ac rpalib⁹ dũtaxat lucris inhiãtes: tãq̃ alia irrõnabilia viuũt sine aliq̃ signo christianita tis: quib⁹ sat̃ cõperit illõ Prouer. xxx Sanguisuge due sunt filie dicentes: affer affer. tales em̃ sanguisuge merito cõparant: q̃a sine miseratiõe plerosq̃ cuiscũq̃ iniusticys/ de/ ceptionib⁹/ mẽdacijs. z similib⁹. Quoꝝ due sunt filie scz cupiditas z voluptas. totũ em̃ eoꝝ studiũ circa hec duo ꝓsat. vna ꝙgregat impie: z alia dilapidat superflue in comessati onib⁹ z ebrietatib⁹: in luxurijs z impudicitijs. sicut quotidiana docet experientia. Secũdo vt reuereat loca sacra: nec p̃sumat q̃ quo mõ mercãtias exercere: vt sec̃aria q̃cũq̃ tractare in locis sacris/ z deo dicatis: q̃q dñs vt ceterꝫ timorẽ inculeret/ ꝫ tales ardentissimũ zelũ oñdit. cũ (vt habet Mat. xxj.) Intrauit in tẽplũ z eiecit omnes vẽdentes z emẽtes inde: dicẽs eis de domo dei. vos fecistis illã spelũcã latronũ. Et ls mlti eoꝝ in ecclia vt locis sacratis nõ emũt necq̃ vẽdũt: vacãt tñ ibidẽ freq̃nter pniciosis ꝙfabulationib⁹ z querimonijs: vero christiano p̃sertim in talib⁹ locis multũ vereceñdis. Hinc mat ecclia matrinã diuinã offensam in talib⁹ cõsiderãs lib. vj. de imu. ec. c. decet domũ. non solũ phibet in hmõi locis fieri negociationes z nũdinaꝝ ac fori cuiuscunq̃ tumultus: sed etiã q̃lis ibidẽ esse debeat christiani querimonia plenarie p̃sequit in fi. concludẽs. Ne vbi est petẽꝝ venia postulãda: ibi peccãdi det occasio. Tertio vt lucrũ mercãtie q̃rat intẽtione recta. Hã fm Alexã. de ales: etiã laico mercari nõ licet: nisi ꝓpter duo. Primo ꝓpter necessitatẽ: vt scz per ħ sibi z sue familie p̃uidere valeat rõnabiliter fm ꝙditionem p̃sone sue z status sui. vnicuiq̃ em̃ laico licitum est lucrari rpalia iuste vsq̃ ad cõdecẽtiã status z p̃sone: z nõ vltra nisi causa pietatis: q̃a q̃cunq̃ superesse põt tenet in elemosynas distribuere: vt visum est sup̃ in. iij. p̃cepto. Secundo ꝓpter pietatẽ: vt scz iuste lucretur q̃d pauperib⁹ distribuat: vl in alias pias causas ordinet. Aut si fm Thom. ij. ij. q. lxxvij intẽdit negociationi ꝓpter publicã vtilitatẽ: ne scz res ad vitã necessarie desint patrie: z lucrũ petit: nõ quasi p fine/ sed quasi stipendium sui laboris condividendũ pauperib⁹: hoc enim similiter dici potest pietas. Si tñ in eo casu principaliter finẽ in lucro poneret: fm Thom. illicitũ est. Deniq̃ mercari propter substãtias cumulandas z improbã cupiditatẽ. vl ꝓpt̃ aliũ finẽ extra charitatẽ vãnabile esset: q̃a tũc niteret q̃s ea cõgregare que dñs p̃cepit pauperib⁹ erogare. vt ptz. xlv. dist. c. sicut hi. z c. omnes. Et his q̃dem trib⁹ mercatoꝝ fidelis adiũgat vt fm̃ mp̃ societatẽ/ p̃sertim familiarẽ aliozũ indisciplinatoꝝ p̃ posse caueat: quia tales potissime sibi cõtũcetes: ad letale dispendiũ ꝓpie salutis ꝓtrahunt.

Sexto requirit fidelitas in sacro mrimonij: nam vt dz. xxvij. q. ij. c. j. §. Illõ mrimoniũ est viri mulieris q̃ ꝑfecto. glo. legitima vel digna/ individua vite ꝙsuetudinem retinẽs quia fm Gosf. hac intẽtione iungi debent in mrimonio: vt sit remanẽat ꝓpetuo. Et ideo vir nõ potest votũ peregrinatiõis longe vouere z cred̃ sine licẽtia vroris: excepto voto hierosolymitano q̃ ꝓcessum est in fauorem terre sancte z fidei christiane. Qui tñ si fragilitatẽ vroris z periculum abscẽtie sue sensit: tũc ei ꝙsulendũ esset q̃ ab impletiõe voti

in ꝓria ꝑsona ꝓtunc cū dispẽsatione papali abstineret/ vt vxorẽ secū duceret. qz maledictū lucrū qđ tali dāno vxoris cōpensat. Et sm Tho. in ꝗdlib. in tali casu nō est ꝑsulendū viro ꝙ crucē accipiat/ z vxorẽ dimittat. qz nec ista necessaria non debẽt ꝓhibẽri ꝓpter ea ꝙ sunt ꝓprie voluntatis. Viro nāq; necessario ꝑmanere curā vxoris gerere: sed qđ minꝰ cū non sufficit vir domi mancre si voluerit ꝓtinere. Vñ xxvij.q.ij.c. Si tu abstines sine vxoris voluntate: tribuis ei fornicādi licentiā i occasionē z petꝝ illius tue imputabit abstinentie. vide larꝫ supius in.ij. ꝑcepto. vbi ag de voto cōiugū. Quarto igit minus ꝑ potest vir elōgare ab vxore sine ꝑsensu illius vt cū periculo vtriusq; ꝓpter modicū lucrū tpale qđ exꝫ sequit infinita mala. sicut ꝗdiana docet experientia. Heu ꝗt mercatores in longinquis sine vxore morā trahẽtes: diuersis carnalitatibꝫ z spurcicijs sese coinqnāt: z ꝓpꝫ vxoribꝫ violandi sacrm matrimonij causas multiplices ꝑstant: mercātiaq; lucrū cum meretricibꝫ exercabilit cōsumentes: ꝙ ꝓpꝫ opt vt frequenter a dño diuersis infortunijs flagellant: licz intelligere nolūt in posterꝫ rēcepturi grauius iudiciū. Tertio requirit in ꝑbis ꝑtas: vt scz nullo vtat mēdacio: ꝑsertim pniciosō: nec iuramēto/ maxime ptorio. Pro quo sciendū ꝙ in mercātijs omne mendacīū pniciosum vt assiduū est mortle pecatū. nā sm Tho. z Rich Si mēticntis intentio fert ad primi deceptionē vt nocumētū: nō solū ꝙtum ad coꝝpus z famā: sz etiā ꝙtum ad terrenā substam. licz nō ꝓducat ad effectum: est tñ mortle petñ: qa ex sola intentione peccari mortalis ds mortalit peccat: z si ꝓducit ad effectū: tenetur ad restitutionē. Si ꝑo nō intēdit primū decipē/ sed se indemnem ꝙare: tūc nō est mēdacium pniciosum/ nec mortale petñ: nisi fuerit assiduum: tunc eñ sm Hosti. essz mortale petñ: sicut chrie tas assidua. sicut patz. xxv. dist. §. alias. Et Eccl. xx. Potior ē fur ꝙꝫ assiduitas viri mēdacis: pditionē aūt ambo hereditabūt. Et hoc mēdacīū incurrūt oēs q ad decipiēdum primū ꝑ mentē loquunt: qui Jude pditori merito cōparant/ vidētes ꝓximatem ꝓ pecunia. vt pz. xj.q.iij.c. Abijt. vbi dr. Qui vel riratē ꝓ pecunia negāt/ deū pecunia vēdūt. Multuz tñ detestabiliores sunt q mēdacīū plurijs affirmāt. De quib ait Cassio. Negociatores illi detestabiles estimant: qui ut sticiā dei miscēte ꝑsiderātes/ ꝓpter immoderatū pecunie ambitū polluunt merces suas plus plurijs onerātes ꝙꝫ ꝑcijs. Sz qđā mēdacia declinare volētes/ sophisticis verbis vti ꝑsuescūt: tā astute ꝗba componētes: ꝙ ad ꝓles etiam ꝓrarios sensus applicari pñt: vt sic decipiāt z mēdacij crimē euadāt. Sz his dr Eccl. xxxvij. Qui sophistice loqt. s. ad decipiēdum/ odibil est scz deo z hoib. Verūtñ sicut nō refert vtꝝ qs alīū inficiat fuste vel gladio: sic nō refert vtꝝ decipiat ꝑbis mendacijs vl sophisticis. vtꝝ ve decipiat mendacijs assertorijs vel ꝓmissorijs. Vñ dr Tho. in ꝗdlib ꝙ cū eade sit in vtroq; fallēdi intētio: hic nō refert vtꝝ qs ꝑbo/ scripto/ nutu vl ꝗcūq; facto decipiat. Quarto requirit in factis eōrum: vt scz primū nō decipiat. Primo in suba rei emēde vl vēdende: ne scz vēdat auricalcū pauro: stannū ꝓ argēto: nec vnam rem ꝓ alia: sic simplices deceptiōe circūuentendo. Nec cōuerso a simplici vēditore emēdo aurꝫ ꝓ auricalcho/ denarū ignoti valoris ꝓ minus iusto ꝓcio notabilit excedēs cōtrarie iusti ꝑcij: qz tūc obligarer ad restitutionē: z peccaret mortalit. Scdo in quantitate: qz ꝑcipit dñs Deut. xxv. Non habebꝫ in sacculo tuo diuersa pōdera maius z minus. nec erit in domo tua modꝰ maior z minor. pōdus habebis iustū z verū. ꝛc. Et hoc intelligē dū est de oibꝫ rebus que vēdunt in numero/ regula/ pōdere vl mēsura. Contra mandatū hoc etiam faciūt oēs merces suas humectātes/ z etiā denarios in pōdere alleuiātes. Tertio in ql itate: ne scz vēdant rem corruptā ꝓ sana. vel equū claudū aut infirmū ꝓ veloci z fortī: ac silia. ql in omnibꝫ fere mercatibꝫ solēt ꝓtingere cū vēdunt inueteratū ꝓ bñ valēti. nā ex hoc maxim periculuz imminet apothecarijs/ z silibꝫ mercatoribꝫ. Silit cauere tenent ne faciāt admixturas pegrinas pniciosas: que virtutē z valorē rei notabilit minuūt. z sic emētes decipiūt. Sz ve malicie ꝛpis huius: in quo fere in oīi specie vendibili mixturas viliores admittūt: put dño impꝛperat Esa. j. dicēs. Argentū tuū versum est in scoriā: scz p cōmixtionē stanni vel plūbi: vinū tuū mixtū est aq̄. Et sequit dira cōminatio. Quidā etiam(qđ petius est) qui vēdendo ostēdunt res sanas/ z tribuūt coruptas. ostendūt res bonas: z tribuunt malas vel saltē minus bonas. ostēdūt maiores z tribuūt minores. z in his z similibꝫ scipos

lubdole ꝯritantes: vnꝺ ℳ sce.xj.ꝺr in ꝑsona decepti: circũuenit me effraim in negociatione sua ⁊ in dolo domꝰ suo. Effraim crescẽs interp:etat ⁊ signat mercatores qui ꝑ malicios circũuentiones diuitys crescũt. Quinto requirit emendi vel vendendi libertas: ita ꝙ mercatores caueant de pniciosis cõuentiõibus inf se: sicut cõtingere solet ꝙ cõueniunt parif in hꝫ tm̃ duo vel tres emãt vl vendãt mercantiã aliquã: vt sic minꝰ iusto emant vl magis iusto vẽdant: vt sic magꝭ lucrari possint: ⁊ illi sũt detestabiles ꝑ edones totã cõmunitatẽ spoliantes: ꝙ dicunt i lege monopoli ꝙ cunctis bonis spoliati mitti deberent in exiliũ: vt. C. de monopol. l. vna. Similit sũt ꝺdã occupatores rerũ venaliũ ꝙ nitunt minus iusto emere ⁊ malꝰ iusto vendere: detestabiles vtiqꝫ reipublice: ꝙ dicunt in vulgari vozkouffer: non ꝓp ꝓtiã necessitatẽ sed ꝓpter imꝓobã cupiditatẽ talis freqntãtes: ac tanꝫ aucupes in foro ⁊ in vicis insidiantes: qui grauiter peccant: qz qõlibet venale vel vsuale ꝓp ꝓtiũ cõmodũ ⁊ lucrũ faciunt charius emi ⁊ vilius vendẽri qꝫ iustũ sit fm rectã cõmunẽ estimationẽ: multi etiã peccunt si querant euiscerare paupes ⁊ in necessitatib cõstitutos ꝓpter quas sua vendere coguntꝫ domos possessiones ⁊ alia mobilia vel imobilia. Ex ꝺb hmõi sumunt occasionẽ aliũ circũuentendo in emendo citra iustũ ꝑciũ. ꝑ ꝙ regꝫ generalis dari põt: ꝙ sic vendi tio vel etiã emptio ꝓcedit ex ꝓbabili ignoãtia vel ex mentis leuitate manifesta vel ꝑsũpta: sicut cõtingere solet in ebriosis insipientibus iuuenib ꝓdigis aut simplib vel etiã ex ꝙ cunqꝫ egestate aut alia necessitate cõpellente: ⁊ ex hoc talif emens aut vendens iniuste deprimit in minus vendendo vel emendo: tunc talis contractus ñ ꝓcedit ex mera grata ⁊ libera voluntate: ⁊ sic militat nõ solũ contra iustitiã: sꝫ etiã cõtra charitatẽ ⁊ cõtra naturalẽ bonis ꝓiteratẽ: qz de alioꝝ necessitatib ꝺb ex fraterna charitate subuenientiũ esset caprat sibi cõmodũ ⁊ lucrũ. cum tñ in talib maioꝝ ꝑietas exhibenda esset. Qꝫ si obꝙcit contractꝰ emendi ⁊ vendendi mere voluntarius est: nec de iure ꝺs cogif rem suaꝫ vendere nec rẽ alienam emere ⁊ sic ratio ꝑciꝫ rez venaliũ mere voluntaria est: ⁊ ꝑ ꝓns sortiet ius ⁊ foꝝ mere voluntariũ. Ad hꝫ dicendũ ꝙ ꝫ de iure ñ cogif rẽ suaꝫ vendere vl rẽ alienꝰ emere: tñ in actu ⁊ cõtractu vendẽdi vl emẽdi renck formã ⁊ regulã iuris iusticie ⁊ eqtatis debite seruare: nam i actu vendẽdi ñ licet ci rei sue ꝑciũ iniustũ ponere ⁊ accipere: qz tũc impõit ñ vt simplr suc: ꝫ vt i altꝛa cõmutande: ⁊ ꝓportionabilit dicendũ est de emptiõe alioꝝn tenck ad restitutionẽ. Sexto requirit ꝓs ñ sui inuendibilitas: ne. s. ꝑpus non suũ vendat ꝓp dilationẽ solutiõis ꝑciũ i mercib augmentando: hm̃ oino ꝓhibetur: extra de vsu. c. ꝓsuluit. eo ꝙ est manifesta vsura: qz fiunt ibidẽ duo cõtractꝰ. Prio venditiõis et rõne hui⁹ nõ cadit ibidem vsura. Scõo mutui: cuz ex termino data ꝑciũ augeꝫ qõ nihil aliud est ꝙꝫ ipi ementi mutuare ꝑciũ mercantie tam empte ac ex tali mutuo lucrũ accipere vt diffuse dictũ est supr⁹. ⁊ nihilominꝰ aduertendũ: ꝙ si absqꝫ oi dilatiõe solutiõis ꝺs alicui vẽderet rem, ꝑ ꝑcio adhuc ampliori ꝙꝫ fuit ꝓtiũ ꝓncipale cũ vsura supadiuncta: nõ esset ibidẽ vsure vitiũ: ꝫ solũ iniuste venditionis ⁊ iniusti ꝑcij pactũ: cuius excrescentiaz restituere tenef. qõ a maliuolis plerũ ꝙꝫ solet attemptari charius vendendo transeuntib aut rusticis aut ignarꝫ ꝙꝫ mansuris discretis ⁊ assuetis: ⁊ sic in his tendũt laqueos deceptiõis ꝺb maxie subuẽire deberẽt benefucijs charitatiꝫ. qz ꝺr extra de empti. ⁊ ven. c. placuit: statuit cõcilij sacꝫ ꝙ ꝑhyemi moneant plebes suas: vt hospitales sint atꝫ nõ charius transeuntib vendant ꝙꝫ i mercato vende re possint. vbi ꝺr glo. Bar. ꝺr. ꝙ ad hꝫ ꝑ excõmunicationẽ cõpelli ꝑnt: vt. xlij. di. vbi ꝺr. ℌ. Hinc ẽt Joan. cuangelista i ep'la sua ãnyadam dehortepen excõicat qui nec paupes recipiebat ⁊ recipientes de ecclia ejicie bat: ℌ. bi Dicit tñ Jnno. ꝙ ex momunicari possent si notoriũ essẽt ⁊ moniti emendare se nollent: hinc etiam scdm in. c. placuit: aliocn ad ꝑsby terũ transeuntes hꝫ referant: vt illi⁹ iussu: cuz humanitate sibi vẽdant. C Septio requiritur in respectu ꝓximi charitas: ꝑsertim ad illos ꝙ sũt eiusdẽ mercantie: ne nimiũ ꝙrens ꝙ sua sunt: cõmercatoꝝ suoꝝ ꝓsperitati inuideat: ac ꝑ hoc ꝓuocef ad diffamandas merces alienas: sic ꝺdã faciunt in maximũ detrimẽtũ salutis sue: ꝙ merces alioꝝ iniuste diffamant: vt eos in vendicõe impediant ⁊ ꝓpꝛias merces charius vendant: qꝺ est mẽdaciũ valde pniciosũ ex multꝫ cõcurrentib. nã ꝓmo est ibi negatio veritatis quod est malum Scõo intentio fallẽdi qꝺ est peiꝰ. Tertio iniuria ꝓximi quem impedit a venditiõe.

Quarto diffamatio ꝓximi quē per h̄ notat de iniusticia: ⁊ agit ora alioꝝ ad disseminandū hāc infamiā. Quinto deceptio ꝓximi in vendendis ⁊ laudandis ꝓprijs mercibus ac plus iusto vendēdis: vñ talis ad multiplicē restitutionē obligat: vt ptz supi⁹ vbi agitur de emptiōe ꝑ mendacia. Hic tñ sciendūq; ex quo tpalia seinuicē i diuersis impedire pñt: qꝛ ꝓspitas vnius aduersitatē inducit alteri⁹: ⁊ charitas ordinata plus se diligere debz q̄ aliū: ⁊ amicū q̄ inimicū: ꝓpinquū q̄ alienū: bonū cōmune multoꝝ q̄ bonū vni⁹ ꝑuatuz: ideo salua charitate ⁊ absq; veneno inuidie pōt ceteris paribꝫ fauere mercantiaꝝ ꝓsperitatē plus sibi q̄ alio plus cognato q̄ alieno ⁊ sic de alijs: ⁊ per ꝯñs cōtristari de cōtrario dum alioꝝ ꝓspitas sibi ⁊ suis nocumentū ꝑstat: non tamē ꝓprie contristādo de alioꝝ ꝓsperitate nisi inq̄ntū sibi ⁊ suis nocet: poti⁹ affectans ꝓsperitatē suis q̄ alienis: ac aduersitatem alienis q̄ suis: sicut magis obligat diligere se ⁊ suos q̄ alienos: non tñ propter hunc affectū debet aliq̄d iniuste moliri cōtra alienū: quia hoc esset iniquū nec quidē actu nec affectu nec verbo nec signo. Octauo requirit legalitas in seruando promissa ⁊ soluendo contracta debita: nec fidem irritā faciat cum socijs vel extraneis: nam ꝑm Tho. ij. ij. q. cx. qui promittit qd̄ est licitū ⁊ honestum si animū implendi habet quod ꝓmittit non mentit: si tamen ꝓbabilit credere potuit adimplere se posse quod ꝓmittit: q̄ si causā credendi non habet: mendaciū ꝑniciosum incurrit: vtpote q̄ in alterius dispendium vergit. Q, si non ꝑficit quod fideli mente ꝓmisit: infideliter agit animū mutando. Potest tamen excusari duob⁹ modis. Primo si mutate sunt conditiōes ex parte ꝓmittentis: vt quia factus est impotens ad implendū. Secundo si mutate sunt conditiōes ex parte illius cui promissū est vel etiā ex parte ꝓmissi: vt patet superius: vbi agit de empti. ⁊ ven. per mendacia. Si deniq; qd̄ ꝓmittit animū implendi non habet: tūc licet adimpleat postea: reus tñ ꝑniciosi mendacij ꝓmissionisq; transgressor in voluntate iudicat. Et generalit notandū: q̄ q̄ñcunq; debitor ex malicia vel alia quacūq; culpa sua creditori suo non soluendo i termio sibi cōstituto ꝑstat occasionē damni: oino ad cōdignā satisfactionē obligat⁹ est: vt ptz extra de iniu. ⁊ dam. da. c. si culpa: verūtñ q̄cūq; frangit alteri fidē ꝓmissam ⁊ iuramenta ꝑstita: nec etiā fides de necessitate seruāda est: vt ptz extra de iureiur. c. iij. vbi ponit casus de cōpromissione facta int regē francie ⁊ regē anglie quā rex anglie nō tenuit: ⁊ q̄rit rex francie vtrū ad implendū ipse obliget. Rñdet papa q̄ non obseruāti fidem nō est fides seruanda: nec iuramentū aut fides data sub conditione obligat nisi cōditio seruet. Nono requirit studiositas in agnoscendo ⁊ ꝑcauendo cōtract⁹ vsurarios tā i emptiōe q̄ i venditōe aut locatōe vel conductiōe ⁊ similibꝫ i q̄bꝫ vt in pluribꝫ se mutuū palliatū intmiscet. Quapropter argumentosissima sollicitudine cunctas adinuentiones diuersoꝝ cōtractuū frequent discutiat: si forsitan in eis inueniat qd̄ oclos diuine maiestatis offendat: verbi gratia. In omni emptione sollicite consideret: ne propter vendentis ignorantiā negligētiā incurram paupertatē aut necessitatē aut ꝓpter solutionis anticipationē min⁹ iusto soluat q̄ois ignorantia ⁊ aliq̄lis coactio excludit simplicit voluntariū. In venditiōe silr ne magꝫ iusto vēdat propt solutiōis dilatiōez aut ꝓpter aliā quācūq; causā nō legitimā. In ꝯtractibꝫ āt societatis vel locatiōis diligent caueat ne se in tuto ⁊ alteꝝ in dubio ponat: aut ne ꝑtē suam pinguiorem faciat. Silr in locatiōibꝫ opaꝝ: ne minus iusto ꝑcio soluat: qꝛ preciū sudorꝫ ⁊ sanguinis est: preserti cū districte ꝑcipiat dñs Leui. xix. dicēs. Nō morabit op⁹ mercennarij tui apud te vsq; mane. Decimo requirit religiositas chr̄iane professionis coram deo in obseruantia mandatoꝝ eius: et coram hominibꝫ in honestate vite: sic ꝓuidentes bona non solū corā deo: ed etiā corā oībus hoibꝫ. Qd̄ vt mercator meli⁹ ꝑficiat ter vel quater in anno cōfiteri assuescat: req̄rēs ad hoc cōfessorē expertū ⁊ timentē deum: cui conscientia sua debite prius examinata plene confiteat: de singulis dubiosis requirens consiliū: quia nemo sapiens i propria causa: vtpote quē excecat vl saltem obnubilat ꝑuatus affectus: sicq; cū multa ꝑparatiōe ad minus semel in anno sacr̄m altaris accipiat: ac semel ad min⁹ i anno cū socijs suis rōnes diligent conscriptas reuideat: debita ⁊ credita testamentū ⁊ vltimā voluntatē suā in scꝑtis ꝑparatā semꝑ autentice teneat: vt cū venerit dñs vniuersoꝝ ⁊ pulsauerit cōfestim apiat ei: in mercantia temporali merces requirens eternas. Hec sunt igit decem precepta mer-

ceroz: que si fideliter sua uerint/ vitã eternam habebunt. Ad laudem dei.

De peccatis alienis

De primo petro alieno scz iussi/ onis: z quo in eo quis obligatur ad restitutionẽ. Sermo.xlviij

On furtum facies.

Exo.xx. Decimo principaliter inius ticijs participãtes obligãt ad restitutionẽ: nisi principalis actor iniusta restituat. q nimirũ priticipatio fieri pt nouẽ modis: sm q nouẽ sũt aliena petã q cõtinent in his ꝟsibꝫ. Jussio/ ꝟsilio/ ꝟsensus/ palpo/ recursus: Participãs/ mutus: nõ obstans/ nõ manifestãs. q cm tales teneãt etiã ad restitutionẽ ostendit Tho. ij. ij. q. lxij. di cẽs: q aliqs teneat ad restitutionẽ nõ solũ ratiõe rei aliene quã accepit: sed etiã rõne iniurioſe acceptiõis. z ideo dicũ q est cã iniuste accepiõis teneat ad restitutiõez. Nõ ꝺdem cõtingit dupliciter. A Primo directe. z b tripliciter. Primo mouẽdo ad ipam acceptiõez: z b vel ꝓcipiẽdo/ vel ꝟsulẽdo/ vel exꝑsse ꝟsentiẽdo: vel etiã principaliter laudãdo q̃si sttenuus de b q aliena accipit. Alio mõ ex pte ipsius accipiẽtis quẽ. s. acceptat: vl alis q̃liter cũ q auxiliuz ꝓbet. Tertio mõ ex pte rei accepte: ꝺa. s. est furti vl rapine particeps q̃si socius maleficij. Sc̃o indirecte q: scz nõ impedit cũ ipedire posſit z debeat. vel q: ꝓceptũ siue ꝟsiliũ/ furtũ seu rapinã ipediens subtrahit. vel etiã auxiliũ q̃ posset obsistere. vl veniẽs q: post factũ occultat. Vñ sic ꝟsentiẽtes fiũt pcõz principes iurta illõ Roma. j. Qui talia agũt digni sũt morte: nõ solũ q̃ factũt/ sed z q̃ cõsentiũt facientibꝫ: sic etiã in certꝫ casibꝫ obligant ad restitutionẽ. Principaliter tñ restituere tenent q̃ sũt principales facto: z ꝟse quẽter alij p ordinẽ: ꝟbo tñ restituente dãnũ passo: nõ tenent alij restituere. Verũtũ principales i facto z ad q̃s res pueniat: tenẽt alijs restituere si dãnũ passo restituer nũt. z hec generaliter intelligẽda sũt in q̃cũq; participatione. Quibꝫ ꝑmissis: videndũ est de singul. Primo nãq; iubẽs aliqd malũ vl iniustũ tã q̃ principaliter mouẽs: principes petri ꝙuincit/ z ad restitutionẽ obligat. hec ãt iussio ẽ ſuꝑioz ad ſubditos: siue ſuꝑiores fuerint q̃ruz ad ꝓuatã familiã: siue q̃tũ ad quãcũq; iurisdictionẽ publicã/ ſpualẽ vl tpalẽ. Vñ primo q̃tũ ad ſuꝑioz in dño tpali argumẽtũ habem⁹ in Dauid ij. Reg. xj. q liris suis ponj mãdauit Vrie in aduerso belli vbi fortissimũ erat pliũ/ z sic derelinq; vt peussus interiret: qd z factũ est. Vñ p Nathã ꝓphã nũciauit ei dñs: dicẽs. O dauid ecce ego te vnxi in regẽ sup israꝫ: z erui te de manu Saul: dans tibi vxores dñi tui in sinu tuo: dediq; tibi domũ israꝫ z iuda: q si parua ſt hec/ adij cã tibi multo maiora: quare ꝺ uerbũ dñi. s. ꝓceptũ dñi vt interficeres Vriam gladio filioꝫ Ammon: z accipes vxorẽ eius: q̃ gladius non recedet de domo tua vsq; in sempiternũ. Vñ ibi. Vñ in lege veteri iubebat sanctificationẽ iumẽtũ dꝫ ſcere: ne ꝓcipiẽtes malũ culeꝫ affectio: qa sic iumẽtũ qd in ſe peccare nõ ꝓt/ in mgrõ ꝓcipiẽtes petñ inducerent. Hã generaliter supioz q iubet violare ſabbatũ: ꝓpetrare furtũ/ homicidiũ vel q̃cũq; aliud flagitiũ: ita reus esse cõuincit apud deum sua iussione: sicut ille q perficit opꝰ. nec tñ excusaſ alter mãdatuz illud sceleratũ exequens. qa vt dr Act. v. Magis obedire oportet deo q̃ hoibꝫ. Hinc etiã dr Sapi. xviij. Simili pena fuus cũ dño suo afflictus est. Verũtñ si iussio fit ex affectione/ z executio sequit ex sola coactiõe: tũc magis reus est ꝓcipiens q̃ faciens. qa volũtas est tanq; formale ipsius mali: opus autẽ tanq; materiale: z ideo dñs tenet reddere rõnẽ de omnibꝫ peccatis q̃ exinde sequunt in seruis. Hic igit primo q̃ri põt: vtr legislatores cõdentes statuta irrationabilia z leges iniquas obligãt ad restitutionẽ si p eas aliqs iniuste suis spoliatur. Ad hoc dicẽdũ q si sunt ꝓtra ius naturale qd continet in iure diuino z canonico: tũc ipo iure nõ tenẽt tales leges. vñ. viij. di stin. c. quo vero. dr in fin. Dignitate ꝓ ius naturale ꝑualer ꝟsuetudini z constitutioni: quecunq; eã vel in omnibꝫ receꝑta sunt/ vt ſcꝑtis cõꝓbẽ sa. si naturali iuri fuerint aduersa: vana z irrita sunt habẽda: hoc ibi: vt est de iuramẽtis nõ seruãdis. de quo ꝓz extra de iureiur. c. cũ cõtingat. vbi ponitur causa ꝺ viro q alienauit res dotales z alias q̃s uxor donauit ꝓpter nuptias ꝑsente uxore z alienationi ꝟsentiẽte: z ne postea uxor ꝓtra alienationẽ veniret/ hoc ꝓprio iuramẽto firmauit: post solutũ autẽ matrimoniũ nititur venire in ꝓrarium. ꝟsultus papa respõdit q licz ꝟsensus mulieris non videat in talibꝰ

obligatorius ſm leges. vt. ff. de fundo. dot. l. Julian⁹. que phibet alienationē fundi dotalis. tñ mlier fuare debet hmōi iuramēto: ne tali ꝓtextu viam ꝓcingat periurio aperiri. ⁊ h est verū ſi tale iuramentū ſine vi ⁊ dolo ſpōte fuerit ꝓſtitum: nec redundat in alterius ꝓiudiciū: nec etiā obſeruatū vergit in ſalutē eterne diſpēdiū. Vñ li. vj. eo. c. ij. rāgit eundē caſum: vbi ⁊ ſubdit: qz tñ q̄dam iudices ſeculares mulieres cōtra ꝓfatas alienationes audiūt: q̄uis ꝓſtet eis legitime ō hmōi iuramēto: nos aīaꝝ periculis obuiare volentes: eoſdē iudices ad obſeruandū h̄ ius canonicū per locoꝝ ordinarios eccl̄aſtica cēſura decreuimus cōpellendos. hoc ibi. Cauſa autem huius diuerſitatis tangit in dicto. c. cū ꝓcingat. in glo. vbi ꝺr q̄ lex conſiderauit q̄d ſit vtile corpori ⁊ honeſtū: nā expedit multeribus ſaluas hē dotes ſuas: vt inueniant aliōs quib⁹ nubere poſſint. ff. ſol. ma. l. j. ſed canon ꝓſiderat vtilitatē anie. Vnde breuit ꝓcludendo/ ꝓdictos ſtatutoꝝ iniquoꝝ vt le gum ⁊ coꝝ heredes ſm Durandū reſtituere tenent totum illud qō ex hmōi ſtatutis ⁊ legibus iniuſte ꝓcingit auferri. ſiliter omnes hmōi ſtatuta vel leges fuātes reſtituere tenent omīa illa q̄ occaſione obſeruatiōis coꝝ iniuſte lucrati ſunt. q̄ ſi q timore/ cupiditate vel amore/ odio vel alīs inique ſniam tulerint ad plenariā reſtitutionē leſo facīdaz obligant. ij. q. j. c. in pmis. Vide lōgum. p/ceſſum vbi ponit q̄nta diligētia debeat adhiberi in inquirēdo veritatē ⁊ ſm veritatem iudicādo: ne ſententia contra inſontē iniuſta ferat. Pro quo ſciendū: q iniuſta ſentētia dari p̄t trib⁹ modis. Primo ex malicia: pura ꝓpe cupiditatē/ odium vel amorē. Vnde dicit Grego. ⁊ habet. xj. q. ij. c. quartuoꝝ. q iudiciū cupiditate q̄uertit dū pmio animuz alicuius coꝝrūpimus. odio dum cōtra quē/liber aduerſarū molimur. amore dū amico vel ꝓinquo p̄ſtare cōtendimus. Et Aug⁹. ibidē c. ſcīpti. Quicunq; autē ꝓſanguinitate aut amicicia aut hoſtili odio vel inimicicōs in iudicando ductū: puertit iudiciū chriſti q̄ eſt iuſticia: ⁊ fructū illius vertit in dānatiōis amaritudinē. vñ ſi talis cauſa q̄ iudicat iniq̄ ciuilis eſt: tūc iudicās tenetur ad reſtitutionē dānoꝝ ⁊ punit in triplo. Si ꝺo criminalis eſt: reſtituet dāna ⁊ ꝓfiſcationes pariter totius ſubſtātie ſue patiet vt in auctē. vt litigātes iurent. §. ſi quis aūt. Q; ſi quis p̄miū recipit ab aliq̄ vt verā ſniam tribuat: ad reſtitutionē obligat illi a quo tam pnicioſe recepit. q̄a ꝺr ibidē Aug. c. Nō licz iudiciū vēdere iudici ⁊ ſi liceat aduocato vēdere iuſtū patrocinū ⁊ iuriſc̄ conſulto recrū conſilium. ⁊ c. q̄ recte. Sic ꝺo ꝓcingit iniuſtum iudiciū p ignorantiā vl imprudentiā: ⁊ tūc punit ex q̄ſi delicto arbitrio iudicis: ſed non inſolidū. l. j. ff. de varijs ⁊ extraor. di. cogni. ⁊ inſtit. de oblig. ex q̄ſi delic. in pn. ⁊ hoc ponit Joā. an. in c. cū eterni. in ſbo/ ꝺdenatū. de ſen. ⁊ re iudi. li. vj. Tertio ꝓcingit ꝓpter metum. vnde ꝺr Grego. in dicto c. q̄ſtituor. q iudiciū per uertit timore dū metu poteſtatis alicuius ꝓtratē loq̄ primeſcimus. de quo ꝺr ibidē Aug. c. Quiſq; metu cuiuslibet poteſtatis ꝓtratē occultat: trā dei ſuq̄ ſe puocat. qz magis timet hoiem q̄ deū. Vñ ſi tale iudiciū fit ꝓpter metū qui cadit in ꝓſtātē virū: tūc lz peccat mortaliter: nō tñ tenet ad reſtitutionē niſi tē pe accepti officij vel cōmiſſionis dubitaſſet de metu inferēdo: qz tūc nō excuſat ea a reſtitutiōe dānoꝝ factē da ſm Baldin. l. fin. C. de pena iudi. q̄ male iudi. Ad cuius euidentiā ſciendū: q metus eſt inſtantis vl futuri pticuli cauſa iuſta mētis trepidatio. vt. ff. co. l. j. Sz metus cadēs in ꝓſtantem viz. eſt q̄druplex. Primus eſt metus mortis. Scōs eſt cruciatus corpis. vt ptz extra de his q̄ vi metus ve cā fiūt. c. cū dilecti. in ſ. ti. plura ponunt de hac materia. Tertius eſt metus ſtupri. ⁊ Quartus fuitutis. vt. ff. eo. neq; timore. ⁊. l. iſti q̄dem. §. j. ij. iij. concorꝺ. Tho. ⁊ Alb. addētes q nō refert verum hec q̄ſtituor fiāt in pſona ꝓpria vl in pſona parentū/ vxoꝝ vel liberoꝝ. Q; ſi q̄rit. vtz alium metu cōpellens ad alienādū rem ſuā teneat ad reſtitutionē? Rñdet Jo. de pla. inſtit. de actio §. Itē actio de eo qō metus cā: q̄ talis tenet ad reſtitutionē rei cū oīni cōmeditate p ea tra. l. metū. §. fi. nō tñ eſt metus ſufficiēs niſi his trib⁹ ꝓcurrētib⁹. Primo q mine concipiant acerbitatē facti: ſicut ille de q̄o iam dictū ē. Scōo q ſi pſona potēs ad exequendū minas. Tertio q minās ꝓſequitur exequi.

Sed quid de metu reuerentiali: puta ſi vxor aliquā obligationē vel alienationē cōtrahat de mādato vi: vel clericus de mādato epi. Reſpōdet Joā. de pla. q reſtituetur illud qō geſtū eſt tali metu reuerentiali officio iudicis. vt dicit glo. notabilis ff. quaꝝ rerū actio non datur. in l. j. §. q̄ bonoꝝ

rande: ⁊ idē est si subdit⁹ nō al's alienatur⁹ alie. et rogatu superioꝛ: qꝛ rogatū superioꝛ⁹ pre ceptū est. vt ōr glo. in verbo. exhoꝛtamur. in clemen. ꝓma de restitu⁹. Et notat Inno. in c. peritio. extra de iureiu. Scō̄ queri potest de illo p quo iniusta sn̄ia lata est: vtrū obli gak ad restitutionē. Ad hoc dicendū sm. oēs doctoꝛes: q si malā conscientiā habuit dum pendebat litigiū restituere tenek: nec cū sn̄ia defendit: sicut ōr de p̄scp. extra de p̄scrip. ca. fi. vel si p falsos testes. vel p falsa instrumen ta vel falsas allegatōes. cū obtinuit tene bik in ꝓperuū: vt habek. C. ꝓpt falsam al legationē l. j. § fi. Q; si ante sn̄iam non ha buit malā cōscientiā/ ꝛ postea ñ appellauit: tūc sn̄ia ipsum defendit: vt notat Hostien. in sūma de sn̄ia. § ij. in fi. ⁊ idē de p̄s. ꝓtione cōpleta dicūt Ber. ⁊ Hosti. extra ō p̄scp. c. vigilanti. nisi ꝓsciaꝛ hꝫet remoꝛdentē quā re mouere non posset: q: tūc obligak restituere: ar. extra de sīmo. c. p tuas. ij. Theologi tñ di cunt: ⁊ melio⁹ quo ad foꝛū cōscientie q ēt post sn̄iam vel p̄ceptionē si habet/ vel hꝫe incep pit cōscientiā q res fuerit aliena: ⁊ cām cre dendi habuerit: tenek ad restitutionē. De q̄ p Bar. ñ in extrauagañ ad repmendā in ver bo. per denunciatū. ⁊ p Bal. in auk. ad hoc. C. de vsu. Et hoc exp̄sse pbak: insti. de exce pti. § Jrē si in iudicio. ⁊ hoc tenet Inno. ex tra de imu. eccle. c. qꝛ pleriq;. Tertio que ri pōt: vtꝛ laici cōdentes statuta in p̄iudiciū eccl'iastice libertatꝭ obligenk ad restitutiōꝭ. Ad hoc dicendū q laici nihil disponere p̄nt de reb⁹ eccl'iastic⁹ siue tpalib⁹ siue sp̄ualib⁹: eo q laicis sup eccl'ias ⁊ viris eccl'iastic⁹ nul la est attributa facultas. ⁊ iō si a laicis quid moru ꝓpo statutū fuerit: etiā in fauoꝛē ⁊ cō modū eccl'iaꝛ: nulli⁹ firmitatꝭ erit: nisi ab ec clesia fuerit approbatū: vt ptꝛ exp̄ssuꝭ extra de consti. c. eccl'ia. ⁊ in glo. vñ nō solū statuē tes hmōi statuta vel leges ꝺ eccl'iasticā liber tatem obligank in solidū: sed etiā qui condi toꝛes induxerūt ad talē legē constituendum: statuarij ⁊ coꝛ heredes: cōsiliarij: scriptoꝛes iudicantes: ⁊ ea seruantes vel exequentes: vt vltra hoc sūt ipso facto excōicati: vt patꝭ plane: extra de sen. excōi. c. nouit. ⁊ c. grauē. ⁊ cōcilū Lateran. extra de imu. eccle. in ca. nō min⁹. sub anathemate p̄hibet ne onera im ponant eccl'ijs: nec sibi iurisdictionē eccl'esiaꝛ vsurpent. Si tñ eps ⁊ clerus tantā necessita tem p̄spexerint vel vtilitatē: vt absq; ulla co actione exti ment eis subueniendū: vbi laico rū nō suppetūt facultates: p̄nt vtiq; sibi p̄is onus imponere. Q; si laici contrauenire p̄ sumpserint ⁊ cōmoniti nō destiterint: excōi cationē incurrūt nō restituēdi cōioni de nec satisfecerint cōpetenk: ⁊ addit idē cōcilū in c. aduersus. eo. ti. q constitutiōes: ⁊ sn̄ie a ta lib⁹ promulgate vel coꝛ mandato inanes ⁊ ir rite habeank nūq; valituꝛe. Q; si deponunk ab officijs ⁊ alij substituunk: tūc tam depositi q̄ substituti dōec satisfecerint remanēt ex cōmunicati: nisi substituti infra mensem sa tisfecerint: qꝛ succedit in onere q̄ substituik ī honoꝛe. Et hꝫ iō qꝛ succedit in vitiū: vide lati us in glo. Jdē etiā est q̄ntū ad restitutionez si fiat statutū ꝺ ius positiuū ad paupes ep̄ primendos/ ⁊ iusticiā ī pediēdā ar. extra de imu. eccle. c. qꝛ pleriq; sm Ray. ⁊ Hosticñ. in sūma de cōdentib⁹ leges iniq;s. Vñ cōtra hmōi cōdentes leges iniq;s ōr. Esa. x. Ve q̄ condunt leges iniq;s ⁊ scribētes iniusticias scripserūt: vt opp̄imerēt in iudicio paupes/ ⁊ vim facerent cause humiliū ꝓpli mei: ⁊ essent vidue preda coꝛ/ ⁊ pupillos diripereꝛt: q̄d facietis in die visitatiōis/ ⁊ calamitatis de longe venientes: ad cui⁹ fugietis auxiliū: et vbi derelinq̄tis gl'iā vr̄am ne incuruemini sub vinculo: ⁊ cū interfectis cadatis. C

